2

BENEDICTI ACCOLTI DE BELLO A CHRISTIANIS CONTRA BARBAROS GESTO,

pro Chriſti Sepulcro, et Judaea recuperandis,

LIBRI IV.

THOMAS DEMPSTERUS. J. C. Baro a Muresk Scotus, cum aliis ſcriptoribus collatos, NOTIS *non vulgaribus, illuſtravit.*

NUNC DENUO

Ad exemplar Florentinum CIƆIƆCXXIII. ab innumeris et foediſſimis mendis expurgatum, emaculatius recudendos curavit

HENRICUS HOFSNIDER

cum INDICE ſatis luculento.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

GRONINGAE,

Typis JACOBI SIPKES, Typographi et Bibliopolae, 1731.

Digitized by Google

Digitized by Google

GERHARDO OUDTHOVIO SUO

S. D.

EDITOR.

Mitto ad te, vir erudite, BENEDICTI ACCOLTI Aretini Senioris, jureconſulti et hiſtoriographi celeberrimi, de SACRO BELLO, a Chriſtianis, ſexcentos ante annos et ultra, in oriente barbaros contra Turcas geſto, *pro Hieroſolymorum urbe et Chriſti Sepulcro recuperandis*, libellos perſpicuos ſane ac elegantes, cum perpetuis eruditiſſimi viri THOMAE DEMPSTERI Scoti *Commentariis*, hiſtoriam et antiquitatem egregie illuſtrantibus. De quorum ſummorum hominum incredibili eruditione et admirabili eloquentia

ſupervacaneum duco operoſe praefari, cum aliae doctiſſimae illorum lucubrationes et aeterna opera, tum ipſe conſpectus hujus libri, et praemiſſa utriuſque βιογραφια ſufficienter perdocebunt, nec te id, qui literatiſſimus es, latere poteſt. Inter bella autem cum nullum gravius periculis, aerumnis et cladibus, nullum principum ac ducum virtute et facinoribus, modo felicibus modo adverſis; nullum etiam mirabilius eventu illuſtriuſque, quam *Cruciata* haec, terreſtris aeque ac navalis, *Sacra Expeditio;* nec ullum denique decantatius omnis generis et linguae, proſae et vorſae facundiae, tam coaetaneis, quam ſubſequentis et recentioris ſeculi, claris ſcriptoribus. Quos tamen innumeros intereminet BENEDICTUS noſter, qui rara eruditione, ſi praeſertim ſeculum ejus reſpicias, quo vixdum e tenebris barbariei coeperant emergere bonae literae, *Viam* hanc *Dei*, uti vo-

vocant, vel *Sacrum Iter*, tam ſingulari et exquiſita eloquentia, ex ipſis αυτοπτων et proximi temporis auctorum fontibus, trecentos ante circiter annos, in medium protulit, ut Latine certe qui ſcripſerit vel terſius, vel ſuavius a renatis literis reperiri liceat neminem; ſive ſpectes argumentum hiſtoriae mira rerum ubertate, et dignitate, et utilitate non injucundum, nec inepte tractatum; ſive Latini ſermonis ſpectetur proprietas, aut ſtyli vere Romani puritas, nitor atque majeſtas, paucis veterum hiſtoricorum ſecundus, quibuſdam merito anteponendus ACCOLTUS eſt. Unde ex lectione hujus libri maximam ſemper me cepiſſe voluptatem lubens profiteor, et ſaepius hinc optavi, et exſpectavi, ut in publicam iterum lucem ederetur rariſſimus libellus, non omnibus cognitus, nec in librariorum tabernis proſtans, aut ex inſtructiſſimis literatorum hominum bi-

bibliothecis, niſi rarius et care nimis comparandus. Sed inani hactenus ſpe fruſtratus, cum a tertio et viceſimo praeterlapſi ſeculi anno, quo Florentiae ACCOLTUM emiſerat DEMPSTERUS, ceſſatum, quantum ſcio, in eo recudendo, non abs re aut officio me fore puto, ſi diſertiſſimum ſcriptorem, cujus cum maxime obliterata fere eſt memoria, nitidiore et ornatiore ſchemate nunc primum in Belgio noſtro curatius exprimendum, et φιλομουσοις, bonae menti non minus, quam elegantioribus literis operantibus, legendum commendarem. Ideoque exemplar Florentinum innumeris mendis, iisque foediſſimis conſpurcatum, diligentius coepi perlegere, et plurima vitia, notorie in ſqualore cubantia, corrigere, religioſe ſemper cavens, veterum quippe codicum ope deſtitutus, ne quid in textu, etiamſi ſenſus non bene proflueret, temere mutarem. In *Notis* vero doctiſſimi viri,

qui

qui multa potius lectione et ſenſu verborum ſe delectabat, quam ut ipſiſſima auctorum allegatorum verba incorrupta excerperet et adnotaret, id mihi negotium datum eſt, ut quantos ad manus eſſent ſcriptores., ſedulo evolverem, libros, capita, verſus uncinulis incluſa adderem, et mendoſa, perplexa ac mutila ex ipſis fontibus corrigerem, reſtituerem, ſupplerem atque ſanarem, citataque exempla diverſo literarum charactere, quod in Florentina impreſſione haud obſervatum, diſtinguerem; turbata puncta, cola et commata, quo melior ſibi conſtaret quaeque periodus, ſuis locis interponerem; et ipſa Commentaria, quae ad calcem cujusque libri rejecta legebantur, reducerem, et ſingulis paginis textui ſubjicerem; ut lector una oculorum inclinatione res explorare facillime poſſet, et inutili plane et moleſta inveſtigatione liberaretur; *Indicem*

de-

denique, ne quid lectoris uſui et ornatui editionis deeſſet, textui et notis accommodatum, adjici curarem valde locupletem et certum. Hoc igitur elegantiſſimum et eruditiſſimum opuſculum, quamvis non omnibus numeris nitori ſuo reſtitutum, innumerabilibus tamen erroribus, quantum typorum operae et publicae occupationes permittebant, qualicunque ſtudio et induſtria mea adjutum et emaculatum tibi offero, mi Oudthovi, et nuncupo, antiquo more, id eſt, ſincere et candide absque ampullis, ac inflata praeſcriptione, quod aevi vitium et inanem titulomaniam ſemper abhorrui. Cauſae autem, cur tuo potiſſimum nomini inſcripſero, plurimae mihi aequiſſimaeque fuerunt; tum maxime ſingularis tua, qua me proſequeris, benevolentia, et mutua jam inde a pueritia conſiſtens et non unquam, uti ſpero, interruptura amicitia et neceſſitudo; tum eximius tuus in literas

teras, et in rem literariam augendam amor, et flagrans deſiderium, quod, ne in adulationis ſuſpicionem incurram, tot praeſtantiſſima ingenii tui monumenta, et exquiſitiſſimae lucubrationes, quibus ſeculum tibi devinxiſti, ſatis ſuperque pro me teſtantur; tum praecipua, praeter multas adhuc alias, mihi cauſa eaque inſignis et candidiſſima eſt, quod non ita multos ante annos mihi nuncupaveris, nomenque meum, in conſortione graviſſimi et ampliſſimi viri, erudito tuo et bonae frugis libro, *de Judiciis Jehovae Zebaoth*, proſcripſeris. Qua dedicatione non ſolum firmatam voluntatem in me tuam aeſtimare, ſed me ita devinctum fateor, ut pridem cogitarim, quo me ſigno et ἀντιδώρῳ gratum hominem, tuique obſervantem, declararem, et a debito quodammodo abſolverem. Cum vero impraeſentiarum, quod ſatis maturum, teque dignum, ex proprio penu haud depromere poſſem,

do, dico, dedico, atque *mitto* tibi diſertum et redivivum, ut ita dicam, ACCOLTI ARETINI opus, quod tibi, omnibusque elegantioris doctrinae cultoribus, gratum et jucundum fore ſpero atque confido. Si qui tamen ſint, qui hoc genus laboris, quod praeſtiterim, leve et non ſatis dignum munere ſenatorio judicent, illos ſua ſibi habeant volo, dum mihi permittant ſcire, non inglorium, ſed in praecipua laude poſuiſſe ſexcentos doctrina, et ſumma dignitate conſpicuos et excellentes viros, aliena, tam veterum quam neotericorum, ne pereant, ſcripta conquiſiviſſe, edidiſſe, recenſuiſſe et rurſus accuraſſe. Unum nomino *Jacobum Bongarſium* maximi Henrici IV. Galliarum regis amicum, et ſaepius ad Germaniae principes legatum ſapientem praenobilem atque illuſtrem virum, qui non erubuit jam ſenex, inter graviſſima negotia volumen ingens *Geſtorum*

rum Dei per Francos emittere, quo *ejuſdem*, quod dedit ACCOLTUS, *Belli Sacri* ſcriptores complures nil niſi confragoſam ſtribliginem, et cucullatam ſpurcitiem olentes, complexus eſt. Sed redeo ad te, amicorum optime, et quaeſo, ut donum perexiguum ſerena fronte ſuſcipias, et me, qui te obſervo atque colo, amare pergas. Vale decus Eccleſiae atque Scholae ornamentum, et, in ſacrae atque literariae rei augendae et exornandae commodum juventutisque bonum, aetatem proſperam diutiſſime age!

Scripſi Groningae Friſiorum Prid. Kalend. Aprilis CIƆIƆCCXXXI.

Cum poſt typothetarum operas vacuam hanc chartae paginam animadverterem, monendum lectorem cenſui, quod, in ſuperioris Epiſtolae initio, hujus Belli Sacri auctorem nominaſſem BENEDICTUM ACCOLTUM Aretinum *ſeniorem*, *JC. et Hiſtoriographum*, quod, ideo feciſſe me, ſcias, ut probe diſtinguerem hunc, ab altero itidem doctiſſimo ſcriptore, et poëta ſubtiliſſimo, Clementi Papae VII. a ſecretis pri-

primum, poſtea Cardinale, ejuſdem originis et cognominis, prioris, ex Michaële filio, *nepote*, ut paulo inferius ex vita ACCOLTI noſtri cupidus lector obſervare poterit. Unde conſtat, quod turpiter errarint, aliosque ſeduxerint, *Ariſius* et *Johannes Matthaeus Toſcanus* in Peplo Italiae, nuperrimae editionis Fabricianae, pag. 447. qui praeter rem *Nepoti* hanc hiſtoriam tribuunt. Videatur *Celeb. J. A. Fabricius* in Conſpectu Theſauri Italiae Graevio-Burmanniano pag. 131. et magnus *G. J. Voſſius* de Hiſtoricis Latinis Tom. 4. Op. pag. 180. b. qui BENEDICTUM DE ACCOLTIS appellat, meminitque editionis quidem Florentinae CIↃ CXXIII. (lege CIↃ IↃ CXXIII.) ſed ſilet de *Notis* DEMPSTERI. Unde apparet non poſſediſſe eam laudatam editionem, ſed ex diario forſan, aut alibi ſciviſſe Voſſium, adeoque in Spicilegio de Hiſtoricis Latinis ab *Hallervordio* recte ſuppletum pag. 489. editionis itidem Fabricii, Hamb. CIↃ IↃ CCIX Ut mirari ſatis non poſſim, eruditiſſimum et curioſiſſimum omnis rei librariae, et elegantiarum, ruſpatorem ſummum, vel ignorare, vel omittere *Florentinam* impreſſionem voluiſſe, quando in Bibliotheca ſua GraecaTom. VI. pag. 763. ibidem edita CIↃ IↃ CCXIV. data opera, ACCOLTI editiones *Venetam* et *Baſilienſem*, enumerans, de ea non meminerit.

Errata, quae invito, et pluries nimium me occupato, irrepſere, prudens ac eruditus lector pro ſua humanitate obſervabit et corriget.

SERE-

SERENISSIMAE CHRISTIANAE

A LOTHARINGIA

MAGNAE AETRURIAE DUCI,

LEONARDUS, ET PETRUS

ACCOLTI FRATRES.

EA ſolent apud ſapientes viros maxime in pretio eſſe, quae ad prudentiae habitum viam ſternunt; cum enim, quae homines gerunt, ad bene, beateque vivendum, ipſorum naturali quodam inſtinctu, dirigantur, congruentiorem eorum formam prudentia docet. Ad haec autem faciliori tramite allicimur, atque etiam trahimur, ſi rerum dignitas cum voluptate conjuncta ſit. Haec omnia ex univerſo literarum fonte per hiſtoriam potiſſime aſſequimur, utpo-

te quae dum eventa, eorumque cauſas notat, nempe cur id factum, illud vero omiſſum, ex tali obſervatione prudentiam in mentibus humanis imprimit : dum narrat illuſtrium heroum, et quae ad eorum gloriae, communisque ſalutis propagationem tendunt, uberrimam dignitatis materiam ob oculos ponit, dum vero militum virtutem, ducum conſilia, eorumque fortia facinora, cum exitu modo felici, modo adverſo profert in medium, animos noſtros, ob ipſorum varietatem tanta voluptate perfundit, ut contineri non poſſumus, quin ea uſque ad ultimum finem legamus, atque iteremus. His accedit ſuaviſſimum condimentum, ſi (quod bono literarum fato evenit) qui praeclara retulit militum, ducumque geſta, ſtylo ſcribendi per quam apto uſus, ita brevitati ſtuduerit, ut ab obſcuritate ſibi omnino proſpexerit. Utrumque communi peritorum calculo habet hiſtoria

haec

haec BENEDICTI ACCOLTI, gentilis noſtri; ſiquidem bellum continet glorioſiſſimum, quod ſub Urbano III. geſſerunt paulo ante annum Milleſimum Centeſimum Chriſtiani milites, duces Galliae, aliorumque locorum, pro recuperando JESU CHRISTI Servatoris noſtri SEPULCHRO, Judaeaque ab impia barbarie vindicanda, quod bellum ſub inclyto heroë *Goffredo a Lotharingia*, poſt partam, ejus virtute, victoriam, *electo primo rege Hieruſalem*, eventum habuit feliciſſimum. Eſt autem ſtylo dicendi, brevi quidem, ſed ſimul, et culto, et claro, adeo ut ejus lectionem continua delectatio comitetur. Hanc hiſtoriam, notis eruditiſſimi viri nuper illuſtratam, plurimorum ſuaſu, typis renovantes, Celſitudini Tuae multis de cauſis dicandam cenſuimus: extollit enim inter alios principes viros GOFFREDUM, Sereniſſ. Tuae ſtirpis inclytum, ac nunquam

interiturum germen, cujus Tu virtutes, pietatem, ac prudentiam haereditario quodam jure generoſisſima poſſides. Ad quae accedit noſtrorum avita in veſtrum genus animi propenſio, ac devotio. Hae praeclare fulſerunt in Benedicto noſtro, qui hoc ſuum opus dicavit PETRO MEDICEO, abavo CATHARINAE FRANCORUM REGINAE CHRISTIANISSIMAE, aviae Tuae, ac Sereniſſ. Glorioſiſſimique FERDINANDI viri Tui agnato. Id inſuper exigebant innumera in nos, totamque noſtram familiam beneficia collata per Te. Rogamus igitur, ut donum, licet modicum, benigne ſuſcipias, quod ſane, quia vel perexigua munera principum in manibus creſcunt, creſcet in Tuis, quas et liberales, et plane regias experimur. Vive interim, et Tibi, et Tuis, et toti felix Aetruriae, quam Tu ſumma juſtitia, cum perfecta virtute moderaris.

TY-

TYPOGRAPHUS
LECTORI.

PLURIMUM profecto debes ſtudioſe Lector, FRANCISCO CHEREGATO, epiſcopo Aprutino, qui hanc hiſtoriam de Bello Sacro, a BENEDICTO ACCOLTO ſcriptam anno circiter MCCCCL. et ab eo dicatam clariſſimo viro PETRO MEDICEO, COSMI Patriae Patris filio, e tenebris, quibus ſupra ſeptuaginta annos latuerat, illam eripiens, in lucem prodire curavit, Venetiis anno 1532. typis Bernardini de Vitalibus, ſub auſpiciis alterius BENEDICTI CARDINALIS Ravennae, auctoris ex filio nepotis, cui etiam opus ipſum dicavit: Ipſe enim aditum praebuit, ut inde aliis communicaretur. Siquidem JOANNES GASTIUS Briſacenſis paulo poſt, anno ſcilicet 1544. illam per Robertum Winter novis typis Baſileae emiſit, quam Federigo ab Homburg equiti aurato, ac Teutonici ordinis Commendatori dicavit. Atque, ut inde magis divulgaretur, FRANCISCUS BALDELLIUS Cortonenſis, et

IVO DUCATIUS * *Tracenſis eamdem verterunt, ille* Etruſce *anno* 1543. *hic* Graece *anno* 1620. Baldelli *verſio dono data fuit Jo. Baptiſtae Ricaſolo patricio Florentino, et id temporis epiſcopo Cortonenſi; quae poſtea anno* 1549 *Venetiis prodiit, edita a Gabriele Jolito de Ferrariis;* Ducatius *vero elucubrationem ſuam obtulit LUDOVICO XIII. regi Chriſtianiſſimo, editam a Joanne de Petit Pas Pariſiis;* PETRUS *ANGELIUS, et* TORQUATUS *TASSIUS, poëtae celeberrimi, ab hac hiſtoria argumentum ſumpſerunt, alter* Latinae Syriados *alter* Itali Gotifredi. *Et* REMIGIUS *FLORENTINUS inter militares* Orationes, *quas e diverſis, et graviſſimis auctoribus collegit, octo ab hac hiſtoria excerpſit; quos, apum inſtar, ex odoriferis ACCOLTI floribus mel exſuxiſſe, novoſque foetus inde compoſitos in publicum protuliſſe, nullus inficiari poteſt. Ut autem non ſolum hujus Scri-*

* *Duchatius* dicitur Joanni Forbeſio Lib. IV. Inſtruct. Hiſt. Theol. Cap. XVIII. fin. *Et nuper*, inquit, *ex* Wilhelmo Tyrio, *et ex* Benedicto de Acoltis Aretino *eandem Hiſtoriam Graeco ſermone ſcripſit* Yvo Duchatius *natione Gallus, diſtributo Opere in quatuor* διηγησεις, *id eſt*, Narrationes, *quarum ſingulae in Capita dividuntur*. Ex quibus non Graece verſam, ſed ex *Tyrio* et *Accolto*, Duchatium Hiſtoriam ſuam ελλαδι φωνη compoſuiſſe conſtat.

TYPOGRAPHUS.

Scriptoris elegantia, ſed certa ipſius hiſtoriae veritas appareret, nuperrime THOMAS DEMPSTERUS, vir omni eruditione inſtructus, eam pulcherrimis illuſtravit Scholiis*, atque inter alia, cum caeteris hujus Sacri Belli ſcriptoribus, etiam manu ſcriptis contulit; unde non ACCOLTI tantum hiſtoriam, ſed illuſtriora etiam* aliorum ſcriptorum *loca legere poteris in hoc Opere; quod propterea veſtrum cauſa excudimus, rati, ut vos, et geſtarum rerum relatione, et ſtyli ſuavitate allecti ſtudium in vos noſtrum, in hujus libri impreſſione, gratum ſitis habituri.*

V I.

VITA
BENEDICTI ACCOLTI,
J. C. ET HISTORIOGRAPHI CELEBERRIMI.

BENEDICTUS ACCOLTUS natus eſt anno Chriſtianae ſalutis 1415. Parentes habuit MICHAELEM, in advocationis munere, et in ordinaria Juris Civilis interpretatione Florentiae clariſſimum, et MARGARETAM ROZZELLIAM Aretinam, Roſelli J. C. filiam lectiſſimam faeminam. Humanioribus literis apprime imbutus Juriſprudentiae ſe totum addidit, cujus culturae eam Florentiae primum, poſtmodum Bononiae navavit operam, ut Doctoratus laurea non ſolum quam citiſſime potiretur, ſed etiam in publica docendi, et conſulendi provincia, vel in ipſa Italia non infimum ſibi locum vindicarit. Summum ejus ingenii acumen, haud quidem impar ſubtilitati FRANCISCI fratris, cognomento ARETINI viri toto orbe celeberrimi ejus maxime Juris reſponſis emicuit, quorum nonnulla una cum multis Socini impreſſis, alia cum collectis per Ziletum edita circumferuntur, plura vero manu

manu ſcripta ſervant Leonardus, et Petrus fratres, Juris Conſulti, in ejuſdem BENEDICTI eorum gentilis, de illis optime meriti, memoriam, in lucem aliquando edituri, ne ſingularis doctrinae lucubrationes in tenebris perpetuo deliteſcant. Nec politiorum literarum argumenta BENEDICTUM deſeruiſſe, teſtatum ex iis, et clarum eſt, quod in Academias Florentinas, eruditionem profitentes, ſummo cum honore fuerit aſcitus, quod *de Praeſtantia Virorum Aevi Sui Dialogum* (*) ſcitiſſime conſcripſerit, in Sereniſſimorum Haetrùriae Magnorum Ducum bibliotheca ſervatum, quod vel hanc ipſam *Hiſtoriam de Bello Sacro* (†) brevi quidem, ſed clariſſimo eloquio recitarit, quorum alterum Coſmo Patri Patriae, alteram Petro ejus filio dono placuit obtuliſſe, tantiſque viris dicaſſe, ut ſuae erga Mediceos, in excelſa Florentina republica proceres, obſervantiae ſignum praeberet, quam univerſa poſtea ACCOLTORUM familia in cunctos feliciſſimae hujus ſtirpis principes viros perpetuo retinuit. In eoque ſcribendi genere is ita Salluſtium, Caeſa-

** rem,

* Prodiit ille *Dialogus* ex Bibliotheca V. C. Antonii Magliabequii, Florentini, Sereniſſimi Magnae Etruriae Ducis bibliothecarii, Parmae MDCLXXXIX. 12. Recuſus Lipſiae MDCXCII. 8. Et non ita pridem inſertus Theſauro Antiquitatum et Hiſtoriarum Italiae Graevii. Burmanniano Tom. IX. Parte VI. Vide Celeb. Jo. Alb. Fabricii Conſpectum Theſ. Litter. Italiae pag 131. Hamb. MDCCXXX.

† *Prima* de Bello Sacro Hiſtoriae editio excuſa eſt Venetiis MDXXXII. 4. *Altera* recuſa Baſileae MDXLIV. 8. *Tertiam* junctis Notis Thomas Dempſterus emiſit Florentiae MDCXIII. Ad Florentinam denique *quarta* repetita eſt praeſens editio,

rem, Curtium, ſuprema latinae hiſtoriae lumina, eſt imitatus, ut cum eis conferri jure poſſe multorum conſenſu videatur. His igitur dotibus, atque virtutibus ornato facile admodum fuit, ſupremum a ſecretis munus apud florentiſſimam rempublicam aſſequi, quod per ſeptennium morte terminavit, cujus ſibi injunctae provinciae, et virtutis teſtimonium exſtat luculentiſſimum, quatuor tum *Expoſitorum Negociorum*, tum *Epiſtolarum Libri* ad exteros principes, et reſpublicas, qui, elegantiſſime ab eo conſcripti, Florentiae in publico archivo ſervantur. Non ei in Aretina patria defuit princeps nobilium gradus, non etiam lecta nobilitas penes Florentinos, non decor a liberis ex LAURA FEDERIGIA, Caroli Juris Conſulti, et Patricii Florentini filia ſuſceptis, non a nepotibus; PETRUS ſiquidem Juriſperitorum ſui temporis fama, et re praeſtantiſſimus, in Sacra Rota Romana viginti quinque annos Auditoratus munere functus, ut praemium virtuti daretur, in purpuratorum patrum collegium a JULIO II, octavo ejus pontificatus anno cooptatus eſt: filius alter, BERNARDUS, cognomento UNICUS, omni literarum, atque nobiliſſimarum artium peritia inſignis, inter celebres illos ea tempeſtate Urbinates Academicos aſcitus, a LEONE X anno MDXX Nepeſis dominatu donatus eſt; BENEDICTUS, ex MICHAËLE filio nepos, CLEMENTI VII fuit a ſecretis, ejuſ-

dem

demque pontificis munere, inter primos ad cardinalatus apicem ab eo promotus eſt: FRANCISCUS denique, ſupradicti Michaëlis filius, eodem munere Anconitanae eccleſiae praefuit antiſtes. Obiit BENEDICTUS Florentiae Anno MCDLXVI. aetatis ſuae LI. Perennis tamen ſervatur fama illius virtutis: permulti enim, iique graviſſimi ſcriptores, perhonorificam de eo mentionem fecere, *Hieronymus Gigas* in Epiſtola ad Tractatum de Penſionibus, *Ludovicus Romanus*, *Marianus* et *Bartolomeus Socini* frequenter in ſuis Conſiliis, *Joannes Tritemius* in Hiſtoria de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *Silveſter Aldobrandinus*, CLEMENTIS VIII pater, in additionibus ad Decium de Officio Delegati, *Marſilius Ficinus* in ſuo primo Epiſtolarum libro, *Podius* in Opuſculis, atque *Alii*, qui ſingularem, prorſuſque incomparabilem tanti viri virtutem, et pleno ore commendare, et poſteros, hujus exemplo, ſummam trahere in admirationem conſuevere.

VITA
THOMAE DEMPSTERI,
VIRI ERVDITISSIMI. (*)

FUit haec ſemper conſtans omnium fere hominum opinio, eum eſſe ad literarum ſtudia aptiſſimum, qui ſit quietiſſimus, et ab omnium certaminum contentione remotiſſimus; quod mitiſſim[illegible] Muſarum natio non audeat ad eum accedere, cui immane ac ferox ingenium a natura contigerit. Sed, neſcio quo pacto, hac noſtra aetate, manſuetiſſimae illae ſorores, ſumma animi voluntate, complexae ſunt THOMAM DEMPSTERUM, Scotum, hominem factum ad bella et contentiones, quippe qui leviter, re, vel verbo laceſſitus, continuo ad arma rixasque decurreret; nullum ferme diem, a concertationibus vacuum, praeterire ſinebat, quin videlicet, cum aliquo, vel ferro decerneret, vel, ſi ferrum minus ſuppeteret, pugnis rem ageret; quo fiebat, ut eſſet paedagogis omnibus formidabilis. Sed tum in primis ſaevum et impavidum ſuum animum declaravit, cum a Grangerio, collegio Bellovaſſenſi praefecto, quem negocia domeſtica Pariſiis diſcedere alioque proficiſci cogebant, muneris ſui vicarius conſtitutus eſt. Nam adoleſcenti, qui ſocium ad ſingulare certamen provocaverat, demiſſis ad calces femoralibus, robuſtique hominis humeris elato, in omnium conſpectu, multas plagas impoſuit; quam ille contumeliam cum ferre non

(*) Ex *Pinacotheca* prima Imaginum Virorum Illuſtrium etc. Jani Nicii Erythraei, qui vero nomine audit Johannes Victorius Roſſius, nobilis Romanus, pag. 24. edit. Lipſ. MDCCXII.

non poſſet, ac propterea vindicare conſtituiſſet, die quodam tres viros nobiles, cognatos ſuos, ex regis corporis cuſtodibus, in collegii aedes introduxit, a quibus Dempſter, cum vim ſibi parari intellexiſſet, vocavit ſocios ad arma, omneſque collegii famulos juſſit cum telis accurrere. Sed antea illorum equos, prae foribus aedium relictos, trucidaverat; at ſervorum multitudo armata ita illos, qui jam irae furoriſque pleni in periſtylium irruperant, circumſtetit, itaque formidine complevit, ut cogerentur ſalutem ac vitam in beneficii gratiaeque loco depoſcere; qua impetrata, nihilominus, obtorta gula, abrepti ſunt in turrim campanariam, ibique aliquandiu in vinculis habiti; ſed ex iis tandem exempti, de hominis vita et moribus, teſtes idoneos interrogandos, eorumque dicta in publicas tabulas referenda curarunt. Quam exortam in ſe tempeſtatem ut evitaret, in Angliam, tanquam in portum confugit. Ubi non modo tutum ab inſectatoribus ſuis perfugium, verum etiam mulierem nactus eſt, forma et vultu, adeo liberali, adeo venuſto, ut nihil ſupra, quam in uxoris habuit loco. Quae mulier, cum luce quadam, Pariſiis, quo rurſus Thomas cum ea ſe receperat, conſpecta eſſet, et quia forma praeſtabat, ut diximus, et quia habitu erat dementiſſimo; nam et pectus et ſcapulas, nive ipſa candidiores, omnium oculis expoſitas habebat; tantus, viſendi gratia, hominum concurſus factus eſt, ut niſi ſe in domum cujuſdam, una cum viro, recepiſſet, nihil propius factum eſſet, quam ut ambo a multitudine opprimerentur. Verum mulier omnino, ut dicitur, mala merx eſt; non enim poteſt, ita arcte ſubjecta cuſtodiis omnibus, haberi, quin cuſtodibus verba det, atque ad hoſtes tuto transfugiat. Nam Piſis, ubi eleganriſſimas

literas, non tenui ſtipendio, docebat, dum e Gymnaſio revertitur domum, introductos hoſtes, arcem captam, ac mulierem ab ſe abductam, diſcipulorum ſuorum inſidiis, reperit; quam ille jacturam, ſicut olim rei familiaris damnum, aequiſſimo animo tulit. Etenim, catholicae religionis cauſa, ut ajunt, fortunis omnibus, quae ſatis amplae erant, everſus domoque profugus, Luteriam Pariſiorum venit, ibique, rerum omnium egentiſſimus, quamvis ſe nobili genere ortum praedicaret, rem, et multo magis gloriam, humanioribus diſciplinis, juventuti tradendis, invenit; quam illi gloriam multiplex rerum ſcientia, reconditae requiſitaeque literae, et incredibilis memoriae (*) magnitudo confecerat; ibique cum eſſet, *Commentarios in Roſinum*, *de Antiquitatibus Romanorum*, qui eruditorum omnium manibus teruntur, aliosque non minus eruditos, in *Criſpum* (†) *poëtam Africanum*, et *Claudianum*, edidit; tum Piſas ſe contulit, ubi abductae a ſe mulieris infortunio mactatus, ut paulo ante memoravimus, fuit. Atque hanc Piſanam commorationem arbitror fuiſſe cauſam, cur ſeptem illos elegantiſſimos *de Regali Hetruria* (**) libros ſcriptos reliquerit, qui nondum editi, ſumma Magni Hetruriae Ducis cura, aſſervantur. Multa praeterea leguntur, ab eo, tum ſoluta oratione, tum verſibus, docte

* Adeo, ut *heluo librorum* fuerit, et *memoriae* bonitate valuerit uſque ad admirationem. Plerique *loquentem bibliothecam* appellarunt, ut in Elogiis Scriptorum Illuſtrium et multa eruditionis copia inſignium Seculi XVI, ſcribit Conr. Sam. Schurzfleiſchius pag. 60.

† Lege *Corippum*. Schurzfleiſchius l. c. *Scripſit* (Dempſterus) *in* Claudianum *et* Corippum *poëtam Africanum Pariſ.* MDCX. *quod exemplar habuit Barthius, et poſſedit* Schurzfleiſchius. Videatur Polycarpi Leyſeri Hiſt. Poet. Medii Aevi p. 173. Claudianus quidem prodiit cum Th. Dempſteri Annotatis Flexiae MDCVIII. minori forma; ſed uberiorem ejuſdem, quem promittit, Commentarium luce donatum haud credit Fabricius Bibl. Lat. Tom. III. pag. 154, 155.

** Editi ſunt Dempſteri Libri de *Etruria Regali* ſuperiore anno Florentiae duobus voluminibus in Folio, curante *Thoma Coke*.

docte eleganterque conſcripta; quatuor *Epiſtolarum* libri, *Tragoedıae*, *Tragico-Comoediae*, et variorum *Carminum* libri quatuordecim, *Coſmographia*, *Mythologia*, accuratum ac prudens *de unoquoque aetatis cujuſvis Hiſtorico Judicium*; (*) ſed feruntur in primis libri illi quinque et triginta, quibus accurate eruditeque *Res Scotiae* (†) complexus eſt (**). Verum, illud ingenium, illa virtus, illa vis doctrinae, in Italiae luce, hoc eſt, in orbis terrae theatro, perſpecta, atque cum plauſu excepta, tantum commendationis habuit, ut publice ab omnibus expeteretur; ſed Bononia bonorum ingeniorum fautrix, ac perpetuum elegantiſſimarum artium domicilium, viſa eſt illi, prae ceteris Italiae civitatibus digna, quae eſſet theatrum ipſius ingenii, ac voce erudita, et Romanis Graeciſque auribus admirabili, frueretur; ubi tandem eſt artuum, ac nervorum doloribus, tum in manibus pedibuſque, tum in capite, conſumptus. (††) Qui quidem, ſi aetatis ratio habeatur, celeriter, vita ſpoliatus, interiit; ſi gloriae, quam adeptus eſt, magnitudo ſpectetur, diutiſſime vixit; immo nunquam moriturus, per omnium virorum ora volitabit. Defletus eſt ab omnibus, ſed in primis a ſodalibus Academiae, cui nomen eſt, Nocti; atque in eo eruditiſſimo coetu, ab Ovidio Montalbano, qui Roſcidus appellatur, elegantiſſima laudatione publice exornatus.

EPI-

* Adi Balth. Bonifacii Rhodigini Hiſt. Ludicr. Lib. XV. Cap. III. ſeq.

† I. C. Schurzfleiſchius l. c Dempſteri caeteroquin, commendari debet *Hiſtoria Eccleſiaſtica Gentis Scotorum* Bonon. MDCXXVII. *Apparatus ad Hiſtoriam Scoticam* MDCXXII. ibid. *Martyrologium Scoticum.* ibid.

** Praeter enumerata ſcripſit Dempſterus Opus de *Triplici Juramento*: meminit ipſe in Notis ad Accolt. pag 101.

Commentarios in Claudii Aeliani Varias Hiſtorias. ib. p. 129. 236.

Hiſtoriam Animalium Biſulcorum ad Ulyſſis Aldrovandi opus continuavit et edidit, rogante Senatu Bononienſi ibid. pag. 271.

†† Ann. MDCXXV. aetatis CV. ſicuti annotat Schurzfleiſchius l. c. Sed unde habeat, me latet.

EPIGRAMMATA
IN
BENEDICTI ACCOLTI
HISTORIAM.

I.

L*Acteus eſt XENOFON, altaque voragine præceps;*
Nec vetus HERODOTI pagina laudis eget,
Et CRISPUS brevitate placet, dulcedo Latinos
Attollit LIVI, et vis operoſa viros.
Lac, laus, *et* brevitas, facundia *dulcis in* uno
ACCOLTO eſt, et, quae quattuor, unus habet.

II.

D*Ecertent Latii ſcriptores, atque Pelaſgi;*
Eloquio ACCOLTE es par, pietate prior.

III.

M*AGNUS ALEXANDER, fulmen fatale orientis,*
Militiae ſacrae, tu GOTEFREDE, caput.
Ebrius hic, ſemper tu ſobrius arma capeſſis;
Spiritus hunc tumidus, te rapit alma fides.

Im-

Impius hic Aſiam monſtroſis cultibus implet;
Reſtituis myſtis tu loca ſacra ſuis.
Ille Aſiam ſpernit, dum plures concipit orbes
Rex Aſiae nullum tu diadema capis.
CURTIUS hunc celebrat, te ACCOLTUS tollit in aſtra,
Facundeque ducem pingit uterque ſuum.
Gaudete authorum paritate, et laudibus aequis;
Diſſimileſque prius, nunc ſimul ite pares.

I V.

I*Ncultus* Robertus, *et eſt* Baldricus *inanis*;
Et non Guiberti *eſt pagina digna legi.*
Fulcherius, Raimundus, *et* Albertus, Vitriacus
Jejuni, *et* nomen *qui* tacuere *ſuum*;
Unus erat Tyrius, *quem volvere docta juventus*
Poſſet, *et ille tamen laxior eſſe ſolet*;
ACCOLTUS cultus, *plenus*, *doctiſſimus artis*
Hiſtoricae, *multorum unicus inſtar*, *adeſt.*

THOMAS DEMPSTERUS.

*** AD

A D

THOM. DEMPSTERUM

PRAESTANTISSIMUM, ET ERUDITISSIMUM VIRUM.

Haec nova nata Syris phoenix, GOTIFREDUS, in oris
Lucidior, cui nec veſper in occiduo,
Deſpicit igniculos, per quos renovetur, et uno
DEMPSTERI exſultat ſplendidiore rogo,
Aeterno heroum merito nam fama per aevum,
Ubere fonte cadens, non peritura fluit.

LEONARDUS ACCOLTUS.

AD EUNDEM.

Ut mage chryſolithus ſociali fulget ab auro,
Clarior et properat, ſole micante, dies:
Utque fluit laetus, ripis florentibus, amnis,
Et madefacta novo rore vireſcit humus:
Haud ſecus ACCOLTI laus increbreſcere aviti
Viſa eſt, DEMPSTERUS dum ſacra bella *comit.*

PETRUS ACCOLTUS,
Fabritii filius.

EPI.

EPIGRAMMA
INCERTI AUCTORIS.

GOFFRIDUS, belli fulmen, Lotharingia proles,
Sacra Paleſtinis intulit arma plagis.
Scilicet exarſit felix in proelia ductor,
Et forti domuit barbara regna manu.
Victori plauſere acies, dum nobilis ultor
Oſcula divino mille dabat tumulo.
Mox et Palladiae, luſtris volventibus, artes
Plaudis, et hiſtoriis, o BENEDICTE tuis:
Quas nunc DEMPSTERI ſapiens induſtria ditat,
Quod nunc, ingenio praeſide, creſcit opus.
Gentiles iterum dum promit in aethera curas
ACCOLTI generis, par LEONARDUS honor.
Non erat una ſatis victoria; debuit heros,
Aeternis victor vincere in hiſtoriis.

AD CLARISSIMUM, ET PRAESTANTISSIMUM VIRUM PETRUM MEDICEM

PRAEFATIO

BENEDICTI ACCOLTI.

SAEPE mecum animo repetens, quam pauci ex innumera hominum prole, quos hactenus omnis tulit aetas, in his artibus praeſtitere, quae libero dignae exiſtimantur, ad quas inſtituit nos natura, effecitque ut per eas a brutis differremus, dolere, mirarique compellor, quod maximis praemiis in virtute propoſitis, quae immortales, divoſque faciunt homines, cuncti pene vanas libidines praetulerunt, quodque ex paucis etiam illis, qui ſupra modum excelluerunt, ita plerique memoria excidere, ut vel ſint prorſus obſcuri, vel praeter nominis claritatem, fama hominum conſervatam, vita, mores, geſta eorum pene omnia ignorentur. Nam quis ferat aequo animo bonus, vel humanitatis non expers, tot praeſtantium hominum geſta, exemplo utilia, laudibus celebranda, ob quam illi ſe immortales factos arbitrabantur, penitus deperiſſe, ac ſpem eorum fuiſſe inanem: quae cauſa fuit, ut in periculis, et laboribus inter omnes difficultates corpus, et animum exer-

co-

cerent, utque reſpuerent omnes voluptates, aſpernarentur oculis pulchritudinem rerum, non odore, non tactu, non ſapore caperentur, mortem denique vitae ipſi ob ſolam virtutem anteferrent, ad quam nemo ſe offerret ſapiens, niſi ſpe praemii amplioris, quo nullum majus apud mortales, quam veram gloriam, veteres putaverunt: licuit enim ſummis viris otio frui, blandimentis naturae inhaerere, niſi quoſdam divina felicitas, omnes fere gloria commoviſſet; hi enim quoque (ut ait orator) qui gloriam contemnendam literis tradiderunt, in eiſdem libris nomen ſuum adſcripſere, laudis certe appetentes, quam ſi plerique contempſerunt viri boni, et ſapientes, tanto etiam digniores fuerunt, qui illam aſſequerentur. Boni enim, gratique animi eſt officium, viros praeſtantes, qui ſua virtute humano generi profuerunt, laudibus proſequi, memoria retinere, poſteritati conſecrare, allicere homines, ut mores eorum imitentur. Non enim ideo colitur Deus, laudibus celebratur, quia humana egeat gloria, ſed ut ſalutis, rerumque auctori debitus honos, grata, et memori mente perſolvatur. Itaque ingrati mihi viſi ſunt, et parum memores communis utilitatis, qui doctrina, et eloquio praediti res geſtas multorum ſcribere neglexerunt, et ſuas aetates illuſtrare, quibus ſcribendi debebatur opus, ne praeſtantium hominum vacuae

prorſus viderentur. Ideo nuper libros legens, geſta eorum continentes, qui Chriſti ſepulchrum, Judaeamque omnem recuperarunt, inepte ſcriptos abſque ornatu orationis, atque ideo paucis notos, aegre tuli, ejuſmodi viros illis non impares, quorum geſta priſci tradunt rerum ſcriptores, ita obſcuros factos eſſe, ut, qui fuerint, quae geſſerint, pene ab omnibus ignorentur, eoſque ingratiſſimos cenſui, magni certe criminis reos, qui doctrina, eloquioque praeſtantes hanc hiſtoriam non ſcripſere, illos obliti, qui pro tuenda religione, pro ſalute humani generis, pro ſola virtute dimicarunt, quorum ſi exſtaret memoria, ſi virtus eorum, laus, nomen per ora hominum volitaret, et ſaepe in libris legeretur, plurimi forſan cupidine laudis, vel pudore adducti, vel ob ſpem coeleſtis felicitatis, ad eandem virtutem excitarentur, delerentque communem labem, noſtra aetate maxime auctam, quod ſcilicet hoſtes Chriſtianae religionis, non modo ſepulchrum ejus tenent, ſed longe, ac late ſuum imperium extenderunt. Ego haud ignarus, majore ingenio, nobiliore doctrina, graviori eloquio eſſe opus, quam quibus me praeditum ſentio, ſtatui tamen experiri, num has res geſtas ad lucem reſtituere, ac vendicare ab interitu poſſem. Itaque libris quatuor bellum geſtum pro Judaea recuperanda ſum proſecutus, quos tuo nomini praeſtantiſſime

Pe-

Petre dedicavi. Nam ad quem alium quam ad te, aut patrem tuum meos labores rectius deſtinarem, quos patriae decus, maxima lumina noſtrae aetatis, unicum pene doctis praeſidium, omnes eſſe confitentur. Nec ſane injuria, nam, ut a patre incipiam tuo, cujus virtutem imitaris, nil ei defuit unquam, quod in ſummo protinus viro ſapiens quiſque deſideraret. Viget in eo ingens memoria, divinum ingenium, atque ita verſatile, ut ad omnia natus videatur: eloquentiam ſapientiae, ac doctrinam addidit literarum, privatis in rebus libero quidem dignis homine, quaecunque tandem ille fuerint, ſtudio incredibili, ſumma induſtria eſt verſatus, rem ſuam familiarem ita conſtituit, ut in maxima rerum copia, nulla honeſtior, elegantior, caſtior, aut ditior bonis exemplis unquam fuerit: in omni vita gravitati comitatem, ſeveritati clementiam, auctoritati humanitatem copulavit, rem vero publicam ita geſſit belli, et pacis temporibus, ut majorum virtutem, et omnes alios noſtrae aetatis haud dubie ſuperarit, quis etiam digne vel exprimat verbis, vel recenſeat literis ejus modeſtiam, religionem, pietatem, magnificentiam, liberalitatem, qui non ob aliud opes quaeſivit, niſi, ut multorum inopiam ſublevaret, conſtrueret templa in Dei honorem, et ejus culturam omni ex parte amplificaret, amicis, et reip. cum expediret, opitularetur. Has tu eximias

viri

viri virtutes magno ſtudio imitatus, dignum te parente filium omni ex parte oſtendiſti, in his maxime florens artibus, quae laudem parere ſummam conſueverunt: nam te quis melior, ſapientior, juſtior, bonis amicior invenitur, aut habetur? Quis pietate, religione, modeſtia, et in omni virtute praeſtantior? Atque ideo te incolumem, et longiſſimo aevo felicem boni omnes eſſe deſiderant, ut, poſtquam Coſmus, quod naturae debet, exſolverit, tu patriam, amicos, et omnem Hetruriam tuearis. Hos igitur libros Petre ad te miſſos non indigneris, et, quae illi continent, geſta magis, quam meum ingenium intuere; quod ſi, eos tibi videri non prorſus ineptos, animadvertero, poſthac audacius ad hiſtoriam excitabor.

I N

I N
BENEDICTI ACCOLTI
ARETINI HISTORIAM
DE BELLO SACRO
PRAEFATIO

de iis, qui de bello hoc ſcripſerunt coaetanei,

THOMA DEMPSTERO
A U C T O R E.

EXpeditionem piam, et glorioſam celebrarunt Scriptores egregii, et probi, ut neſcias, utrum felicius geſta, an accuratius poſteritati literis commendata ſit. Ego *coaetaneos* tantum laudabo, quorum editionem procuravit ante paucos annos vir bono rei literariae natus JACOBUS BONGARSIUS, Chriſtianiſſimi regis ad Germaniae principes exlegatus, cujus diligentiam, et judicium ſigillatim ſecutus, eos advocabo, qui, collatione ſui, BENEDICTI noſtri hiſtoriam, vel illuſtrare, vel confirmare poſſunt.

ANONYMUS quidam, domo Italus, cum Boa-

mundo viam ingreſſus, qui antea M. S. latebat in bibliothecis Pauli Petavii regii Pariſienſis ſenatoris, et Guillielmi Cambdeni Angli, titulum operi fecit [*Geſta Francorum, et aliorum Hieroſolymitanorum*.] Continet narrationem quinque tantum annorum, ab Anno MXCV incipiens, quo in Gallias Urbanus II. pontifex profectus in Claromontano concilio ſacram militiam deſcripſit per provincias, et decrevit; finit vero in Hieroſolymorum expugnatione, victo ſcilicet ad Aſcalonem Ammiraviſo. Babylonis ſimplex narratio, ſed proba.

Sequitur hunc ROBERTUS MONACHUS S. Remigii in Remenſi epiſcopatu, cujus auctoritate, quia praeſentis, utitur Flavius Blondus II. Decad. Lib. IV. *Rupertum* vocat Joan. Trithemius; ſed revera nomen ei ſcriptori, qui hanc hiſtoriam dedit ſub annum MCXX Robertus Benedictinus, auctor Libri Principalis Bellorum Domini pro tempore novae legis, M. S. in bibliotheca Petaviana, et continuator Chronici Sigiberti Gemblacenſis, idem putatur eſſe, ut vult Antonius Poſſevinus in Apparatu Sacro. M. S. diu delituerat in bibliothecis Nicolai Fabri, et Laurentii Bochelli, quorum ille de literis optime eſt meritus, iſte Ludovici XIII Chriſtianiſſimi regis juventutem nuper ultimo ſenio rexerat. Exordium huic ſcriptori ab Oratione Urbani II. in concilio Claromontano; finis a captis Hieroſolymis. Titulus operi *Hiſtoria Hieroſolymitana*, ſtylus facilis eſt, non etiam cultus.

Poſt hunc venit BALDRICUS civis Aurelianenſis, Abbas Burgulienſis, ſeu Burgalenſis, ut apud auctorem Chronici Belgici Majoris, et Vincentium Belluacenſem Lib. XXV. Speculi Hiſtoriar. Cap. XCVI. Idem *Albricus* apud nonnullos audit, ut in Compilatione Bellorum Domini. Fuit et archiepiſcopus Dolenſis, ut prodidit memoriae, Ordricus Vitalis Anglus Hiſtor.

Hiſtor. Eccleſiaſt. Lib. IX. M. S. in bibliotheca Bongarſiana: non, ut duo priores, viſa ſcribit, ſed audita tantum; idque poſt LX aetatis ſuae annum, cum contentus, concilio Claromontano interfuiſſe, viae faſtidia prae ſenio ferre non poſſet. M. S. in bibliotheca P. Pithoei primum erutus, ſtylus nec facilis, nec latinus; laudatur tamen a Joanne Cuſpiniano in Henrico IV. Idem etiam quod prius laudatis principium, eademque ſcribendi meta, niſi quod in fine error manifeſtus in M. S. erat. Sic [*Chriſtiani Jeruſalem a manibus Turcorum impiorum anno ab incarnatione Domini* MXC *liberarunt, et multoties ex ipſis, Chriſto duce, triumpharunt.*] Erronee ſane, et ſupplendum MXCVIII. Is enim expugnatae urbis annus fuit ſecundum omnium chronologorum ſententiam.

In ordine deinde eſt RAIMUNDUS DE AGILES canonicus Podienſis, vulgo De Puis in Arvernia, comitis Tholoſani capellanus. Hic etſi totam expeditionem deſcribendam ſuſcipiat, tamen proprie de comite S. Aegidii, ſive Tholoſano, et epiſcopo Podienſi ſcripturum ſe profitetur. Opus orthodoxis omnibus et tranſalpinis inſcribit, maxime epiſcopo Vivarienſi, auctor ejus ſcriptionis fuit Pontius de Baladuno, ſive ut in M. S. Gallicis Poinces de Baladon, et de Baladun; miles hic, et comiti Tholoſano perfamiliaris, Guillielmus Tyrius lib. VII. Cap. XVII. Pontius Balonenſis, idem vocatur apud Robertum Monachum pag. 73. Caeterum Raimundus noſter in Libro Principali Bellorum Domini cognomentum habet *De Arquilliers.* Falſo in bibliotheca Conradi Geſneri Raimundus de Podio hic dicitur, cum nomen ei aliud, ut jam dictum, et ei eccleſiaſtica tantum dignitas. Hanc hiſtoriam eo lubentius aggreſſus eſt, quo majore pietate expeditionem eam eſt ingreſſus,

in qua ad ſacerdotium promotus diligenter eam eſt exſequutus, ab ingreſſu comitis Tholoſani in Sclavoniam, uſque ad hiſtoriam Babylonii Ammirati, ut ipſe ait, et alii vocant Ammiravifii. Prodiit primum ex M. S. Gulielmi Ancelii, correctus ad codicem Joannis Ruſſati praeſidis Lingonenſis, ſtylus eſt mediocris.

ALBERTUS ſive ALBERICUS canonicus, et cuſtos eccleſiae AQUENSIS ſcripſit etiam hanc expeditionem, et inſcripſit [*Hiſtoriam Hieroſolymitanam*,] quam a multis jam annis in lucem dedit Reinerius Reineccius ſuppreſſo nomine, quod ex M. S. ceuit Antonius Poſſevinus, et Jacobus Gretzerus, et ante illos David Hoeſchelius. Non interfuit, ut alii, ſed audita in hiſtoricam narrationem eodem tamen tempore retulit, ut ipſe narrat Lib. I. Cap. I. XXIV. XXV. Lib. II. Cap. II. LXV. Lib. IV. Cap. LIII. Lib. VI. Cap XXIV. L. Lib. VIII. Cap. XXI. Primus ejus copiam fecit Chriſtianus Diſtelmeyerus. Complectitur hiſtoriam XXVI annorum, hoc eſt, exorſus, ut alii, a concilio Claromontano; finit in Balduini II regno. Accurata eſt, et non vulgaris narratio, ſed ſtylus humilis.

Eandem *peregrinationem* oculatus teſtis FULCHERIUS CARNOTENSIS dedit, ut ipſe tradit Cap. I. xx. xxi. xxii. xxiii. xxxii. Secutus eſt Robertum Normanniae comitem, ſive ducem, et Stephanum itidem comitem Bleſenſem: clare ex ipſo liquet Cap. II. III. IV. Idem ille comes Bleſenſis fuit, et comes Carnotenſis, Tyrius Lib. I. Cap. XVII. Balduinum Godefredi ducis fratrem ſecutus eſt, cujus capellanum profitetur Cap. VI. A Guiberto Abbate non ſemel reprehenditur, ut

Cap.

Cap. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXVIII. Laudatur ab Ordrico Vitali Anglo M. S. Lib. IV. Hiſtor. Eccleſiaſt. *Fulcherius Carnotenſis Godefridi Lotharingiae ducis capellanus, qui laboribus, et periculis praedicabilis interfuit expeditioni, certum, et verax volumen de laudabili Chriſti militia edidit.* Erratum ab eo haud dubie, quippe non Godefridi capellanus, ſed Balduini fratris Godefridi, quare levi opera poſſet corrigi [*Fulcherius Carnotenſis Godefridi Lotharingiae ducis fratris capellanus.*] Eadem Guillelmus Malmeſburienſis Lib. IV. Chronicum Belgicum Piſtorianum etiam meminit, ut, et auctor Dialogorum de Hierarchia Subcoelesti Lib. I. Cap. X. qui eum non Carnotenſem, ſed cardinalem appellat, licet perperam. Idem auctor Lib. IV. Cap. IX. ubi eum inter notabiles Galliarum hiſtoriographos locat; citatur, et in Libro Principali Bellorum Domini. At Papyrius Maſſonus in Urbano II. *Balduinum* Carnotenſem Balduini regis capellanum vocat, falſo. Fulcherius alter etiam Carnotenſis, ſed miles eidem, expeditioni interfuit, ut teſtantur Robertus Monachus Lib. V. in fine. Albertus Aquenſis Lib. I. Cap. XXII. Lib. III. Cap. XXXV. Lib. V. Cap. XXII. et XXV. Incepit ubi alii, et paulo longius narrationem ducit ab anno ſcilicet MXCV. ad annum MCXXIV. Diligens eſt narratio, nec ſtylus omnino inelegans, ex quo omnia ſua mutuatus eſt, qui dedit Geſta Francorum expugnantium Hieruſalem.

Partem hujus expeditionis [*Antiochena bella*] inſcriptam, dedit GAUTERIUS domo Gallus, dignitate vero, ut ipſe fatetur (pag. 449.) cancellarius, et ſub eo nomine laudatur a Libro Principali Bellorum Domini. Ipſe ſe, ingenio carcere hebetato, conqueritur, pagina eadem. Non ergo totum illud bellum deſcribit, ſed ad Antiochiam tantum geſta feliciter anno primo ſcilicet MXCV.

Infeliciter vero anno MCXIX. Indignus eſt qui legatur.

GUIBERTUS ABBAS S. Mariae Novigenti ſcripſit ſub Balduino II rege, ut ipſe Lib. VII. Cap. XXI. teſtatur. Paulo altius narrationem repetit ab Epiſtola Conſtantinopolitani imperatoris ad Robertum Flandriae comitem. Nec cultus, nec bonus.

FULBERTUS CARNOTENSIS, ut Pithoeus vult; vel FULCHERIUS, ſive ANONYMUS Fulcherii exſcriptor, finit narrationem ſuam Anno MCVI. Titulum fecit: *Geſta Francorum Expugnantium Jeruſalem*, et laudatur in veteri Hiſtoria M. S.

ANONYMUS hiſtoriae Hieroſolymitanae auctor, ab anno MC orſus, deducit ad annum MCXXIV. Non eſt magni momenti.

GUILLERMUS TYRI ARCHIEPISCOPUS, omnibus aliis is longe praeponendus, Lutetiae ſtuduit, interfuit colloquio regum Franciae, et Angliae ad Giſortium. Poſtquam ſcilicet res Chriſtianorum in oriente dilapſae, legatus in occidentem miſſus anno MCLXXXVIII. Rogerus de Hoveden, Matthaeus Paris, et Giraldus Cambrenſis meminere Lib. II. Hibern. Expugnat. Cap. XXIII. Guillielmus Neubrigenſis Lib. III. Rerum Anglicar.

JACOBUS DE VITRIACO epiſcopus Acconenſis, et cardinalis Tuſculanus. Vincent. Belluacenſ. Lib. XXX. Speculi, Cap. X. Graece, Latine, et Arabice doctus, Orientalem Hiſtoriam ab ipſo Mahometto exorſus ad Petrum Eremitam deſcendit, ac ad annum MCCX ſeriem narrationis perducit. Gravis, et probus auctor.

BERNARDUS cognomento SAPIENS, natione Scotus, patria ſua bello Anglicano ardente expulſus, concilio Claromontano ſub Urbano II. interfuit, a

quo

quo miſſus in Scotiam a S. Malcolmo rege, etiamſi bello Anglicano foret implicatiſſimus, copias Bello Sacro gerendo impetravit, et illius hortatu multos optimates, ut cruce ſe ſignarent, induxit, cum Godofredo viam per Hungariam inivit, Belloque Sacro in Palaeſtina geſto interfuit, et, cum Edeſſa Meſopotamiae urbs capta fuiſſet, archiepiſcopus primus Latinus eam poſſedit, ut ex Scoti Chronico patet; hic vero oculatus teſtis hiſtoriam ſcripſit de urbe Hieruſalem, exorſus ab anno DCCCCLXX. ad finem uſque Godefredi regis, hoc eſt XXX. annorum geſta; quod Opus erat in bibliotheca Pauli Petavii ſenatoris Pariſienſis. Item de Bello Sacro Lib. VII. conſcripſit, quos in bibliotheca Caeſaris Vienneuſi olim repoſitos memorat Benedictus Chelydonius et Jacobus Spiegelius.

Sunt praeterea multae illius aetatis EPISTOLAE, quibus ingens lux aperitur.

CANONIZATIO etiam S. LODOVICI regis Francorum multa complectitur huc ſpectantia.

MARINUS SANUTUS TORSELLUS Venetus ſcripſit Opus ſub titulo, *Secreta Fidelium Crucis.*

ANONYMUS etiam, patronus regius cauſarum in ducatu Aquitaniae, compoſuit prolixam Epiſtolam *de Recuperatione Terrae Sanctae*, quae exſtat.

ALII etiam non eodem tempore, ſed multis poſtea ſeculis, candem expeditionem ſcriptis ſuis illuſtrarunt: (†) inter quos BENEDICTUS noſter, cui felicitas rara, eximius candor, pura dictio, moderatus excurſus, temperatus calor, et qui gravitate ſcriptionis Quinto Curtio Rufo proximus, nec inferior Brunis, Politianis, Bembis, Joviis, ſtudio pietatis iis

(†) Quorum Scriptorum, qui *Chriſtianorum Europaeorum expeditiones in terram ſanctam* ab anno Chriſti MLXXX.

iis anteponendus vita. Et poëtice haec geſta Petrus ANGELIUS BARGAEUS Latine, et TORQUATUS TASSUS Italice, noſtro aevo, ſumma elegantia, et venuſtate delinearunt.

MLXXX. ad annum MCCXCI (quo Syria et Palaeſtina amiſſa eſt) deſcripſerunt, pleniorem *catalogum* exhibet Celeb. *Jo. Alb. Fabricius* in Bibliotheca ſua Graeca Lib. V. Cap. V. §. XXXII. ſive Tom. VI. pag. 763. ſ. Quibus imprimis addi meretur doctiſſimi viri *Johannis Danielis Schoepflini de Sacris Galliae Regum in Orientem Expeditionibus* Commentatio Hiſtorica ex ipſis Hiſtoriarum fontibus deducta, variiſque Obſervationibus paſſim illuſtrata, Argentorati MDCCXXVI. 4.

ROMA

B E.

BENEDICTI ACCOLTI

DE

BELLO

A

CHRISTIANIS

CONTRA BARBAROS GESTO

Pro Chriſti Sepulchro, & Judaea recuperandis.

LIBER PRIMUS.

LIBRI PRIMI
ARGUMENTUM
GEORGII CONAEI SCOTI.

Gergoviae auditur Petrus. Pietate movente
Concilium Urbanus celebrat. CRUCIS omine ſacrum
Firmatur bellum. Coëunt Scotuſque, feroxque
Germanus, pugnax Gallus, devotaque Chriſto
Pectora ab Italicis ducunt examina terris.
Belliger inde Anglus, Godefredus milite forti,
Et fratres ſubeunt. Primus juratus in arma
Senſavir. Hunc Petrus ſequitur. Mox ordine rupto
Godeſcalcus adeſt. Nullo ductore cohortes.
Poſt hunc accelerant Normani, ſigna frequentes
Laeta ferunt, Boamundus agit. Tum dura Tyranni
Facta palam Graji. Calemani ignobile factum.

BE-

BENEDICTI ACCOLTI DE BELLO SACRO.

LIBER PRIMUS.

CUM ſub Heraclio (1) Caeſare Romanum Imperium magna ex parte concidiſſet, exorta inſuper nova religio (clades, ac lues humani generis) i-

A 2 pſum

(1) CUM SUB HERACLIO. Id caute eſt intelligendum, de Orientali tantum Imperio, quod graviter Mahometi factione ſub eo Principe percuſſum, ut narrat *Guillermus Tyrius* Lib. I. ſtatim in limine. Certe dilapſi in Occidente Imperii non una ratio; nonnulli referunt in Theodoſium Hiſpanum, qui filio majori natu Arcadio *Conſtantinopolim* adſignavit, *Roma veteri* minori filio Honorio relicto. Scripto etiam *Libro de Notitia Utriuſque Imperii*, cujus auctor *Scotus quidam*, ut Opere de Scoticis Scriptoribus abunde probatum a me. Ex hac diviſione enervatae Imperii vires. *Claudian.* de Bello Gildon. [vs. 60.]

Cum ſubito par Roma mihi, diviſaque coepit
Aequales Aurora togas, Aegyptia rura,
In partem ceſſere novam: ſpes unica nobis
Reſtabat Libyae, quae vix, aegreque fovebat
Solo ducta Noto, nunquam ſecura futuri:
Semper inops, ventique fidem poſcebat, & anni
Hanc quoque nunc Gildo rapuit.

Hanc

pſum pene in Oriente ſubvertit; ea vero ſumpſit exordium ab Arabe (2) quodam, Mahumetto nomine, qui humili, & ſordido loco natus, majora longe animo verſans, quam ejus conditio flagitaret, cernenſque, nil reliqui ſibi eſſe ad amplitudinem, atque opes, auſus eſt, prophetam ſe dicere, a Deo miſſum, qui leges perennes, noviſſima ſacra, mortalibus traderet. Nec acre ingenium illi defuit, nec peritia ſacra-

Hanc diviſionem deterior peſtis ſecuta. Gothi, Hunni, Gepidae, Alani, Rugae, Chunni, Vandali, Longobardi, Franci, Avares, aliaque barbararum gentium colluvies, ditiones Romanas vaſtantes, & tam inſigne corpus in fruſta, Penthei ritu, diſcerpentes, dejectis ſtatuis, eraſis titulis, conſumptis faſtis, nomen ſuum proferre ſtuduerunt. Recte tamen *Accoltus* noſter ruinam Orientalis Imperii ad aetatem retulit Heraclii, ſub quo peſtis illa nata. *Anonymus*, qui circa annum MCCCCXLII. ſcripſit in Epitome de Bello Sacro: *Bonifacii III. rogatu Phocas circa Annum MCX* (*leg. DCX*) *Pantheon donavit, ac Eccleſiam Romanam primam fecit. Phoca defuncto, Heraclius ſuccedit, quando MAHOMETUS Agarenos, ſeu Iſmaëlitas, aut Saracenos decepit opera Clerici, qui in Curia Romana honorem ſperatum non eſſet aſſecutus.* Fuit is SERGIUS, ut notum. Porro de ortu, & occaſu Romani Imperii vere, prudenterque diſſeruit *Engelbertus Abbas Admontenſis*, quem vide.

(2) ARABE, Mahumetto. Hic, Phoca imperante,

crarum rerum, quam ex Judaeis, Chriſtianiſque hauſerat. Et quamvis eſſet perditis moribus; tamen flagitia quadam arte occultabat, quae, ſi nonnunquam emerſiſſent, ea in Deum, ac religionem vertens, facile barbaros, ignaros rerum, a vero noſcendo avertebat: addens quoque prodigiorum commenta, ludibrium oculis, atque auribus, quo magis creſceret hominum fides, & ſuis geſtis, legibuſque major ineſſet

te, natus DXCII (*rectius* DLXX.) Abdala patre, Hennina matre, obiit anno aetatis LX; ſeu, ut alii volunt, LXIII. Annus natalitius tanta ſiccitate per totam Arabiam ſaeviit, ut, frugibus deficientibus, veſcerentur herbis campeſtribus. *Roderic. Toletan.* Natum ajunt, ſub initium VI. Saeculi. *Geor. Cedren.* in Compend. Tempor. *Vincent. Beluacen.* Lib. XXIV. Speculi Cap. IV. Abdala pater Perſane, an Arabs fuerit, incertum. *Hector Boëthius* Lib. IX. Hiſtor. Scot. Malorum certe daemonum cultor, ut credatur divina ultione filio permiſſum tam late impietatis ſemina diffundere. *Bernardus Saccus* Lib. IX. Hiſtor. Ticin. Cap. IV. Tam ignobili loco ortus ſordidiorem habet infantiam, camelorum ductor, aut gregis porcini cuſtos, ex conjugio Cadigan viduae, quae in eo quippiam divinae majeſtatis latere exiſtimarat Corocovicam provinciam eſt adeptus, ac deinde Arabum regnum tentavit, *Anonymus* ille ſcriptor, quem ſupra laudavi. Obitus incidit in Annum DLXIX (*melius* DCXXXII.) ut docet *Matthaeus Weſtmonaſterienſis.*

auctoritas. Neque ignarus, populos magis ad vitia, quam ad virtutem pronos eſſe, quod haec voluptatem, virtus labores, & aſpera multa illis proponat, eas inſtituit leges, quae parum graves videri poſſent, nec fere juberent quicquam, quod explendae libidini adverſum eſſet. Sic enim credidit fore, ut multi Chriſtianae ſeveritatis pertaeſi, poſthabita illa, ſuam ſectam ſequerentur. Adjutum quoque Barbarum ferunt a Chriſtiano quodam, Sergio (5) nomine, qui damnatus haereſis, ab Italia profugus, tandem ſe illi comitem ſceleris addidit ſui. Nec improbae ſpei eventus defuit: nam Mahumettus hiſce artibus regnum adeptus, impigre utens fortunae munere, nefariam haereſim longe lateque diffudit.

Quo tandem exempto humanis rebus, ejusmodi malum diuturnitate factum robuſtius, continuo ſerpens, Aſiam totam, atque Aphricam pervaſit cum magna clade Chriſtianae religionis. Cujus Praefecti dum ad invicem diſſident, dum factionibus certant, nec arrogantiae ſtatuunt modum, ſacrilegae peſti latius viam aperuere. Inque hac nova vivendi norma, cum virtuti, aut

(5) SERGIO. Monachus hic Arrianae haereſis Romae convictus omnium literarum ignaro, & analphabeto Mahometo perſuaſit, ut ſi dominationem firmare vellet, exemplo Moyſis, & Chriſti, legem conderet, quod in Alchorano praeſtitit: narrat praeter

aut doctrinae nullus honos, nullum penitus praemium eſſet (nam vanitati religionis nil erat infeſtius, quam virtus, cognitioque bonarum artium), ad luxum homines, deſidiamque converſi, ſtudium quodque libero dignum abjecerunt, tanto avidius voluptates amplexi, quanto impenſius Chriſtiana ſeveritas eos compreſſerat, ac velut, ſi Circeas guſtaſſent dapes, mente capti, enervatique animis, vitam, ac mores mutarunt ſuos, & quaſi merſi profundis in tenebris poſt longa tempora nec ſe attollere, nec lucem aſpicere potuerunt.

Cumque Romani Principes ſacris Chriſtianis initiati eſſent, ideoque tam impiae rei adverſarentur, atque homines illi addicti, non aequo animo iis parerent, qui ſuam oderant religionem, tandem Romanum Imperium contempſerunt: cujus debilitatae jampridem vires, ac demum ſciſſae in duas partes, cum Graecus, Germanuſque imperarent, nequaquam validae ad ſuperandos eos, vel comprimendos fuerunt; praeſertim quia, quicquid ſuperfuit roboris, ad ſuam perniciem verſum fuit.

Nam

ter laudatos *Jacobus Vitriacus* Lib. I. Hiſtor. Hieroſolymitanae Cap. VI. niſi quod Monachum non Sergium, ſed SOSIUM vocat. Adhaeſit etiam impio iſti quidam Judaeus, qui eum gentis ſuae arcana docuit, quibus ille Judaeis gratior eſſet, quorum dogmata lege ſua comprobaſſet. Amicos habuit, quorum opera

Nam poſt Carolum Magnum, egregium Principem (cui novo exemplo ſummum imperium eſt delatum) Germani Caeſares pene omnes, vel neglexerunt majores curas, vel bella nefaria juſtis, atque honeſtis praetulerunt, Romanos Pontifices, quos tueri debebant, perſequentes. Qui vero imperitabant Graecis, illis infenſi, qui cum dedecore ipſis principatum ademerant, cum non ſufficerent contra barbaros, perire omnia maluerunt cum magna labe ſui nominis, quam ab infeſtis, atque inviſis auxilium petere, vel ſponte oblatum contra hoſtem communem illud accipere.

Itaque ſucceſſu magno elati barbari multas provincias occuparunt, neque in hac mundi pernicie quicquam ſol vidit indignius, nil acerbius fuit bonis hominibus, quam ab his Judaeam provinciam, templa, locaque omnia profanari, per quae verſatus Chriſtus fuerat, in quibus fecit prodigia maxima, verbis edocuit veritatem, totque infanda pro humana ſalute fuit paſſus, ſepulchrum id nefarie pollui, quod ejus corpus humatum texit, quo nullus eſt auguſtior locus, nullum in orbe fanum ſanctius.

Auxit

opera uſus non leviter, Eubocaran, Zaid, Thalha, Bibelconem, Arubair, & Hanmar, cujus ultimi verſionem Alchorani totus Oriens ſequitur praeter Perſidem, in qua receptior Interpretatio Haly. *Chronic. Saracen.*

Auxit quoque indignitatem rei barbarorum ſaevitia, per quos in ea provincia Chriſtianum genus pene ad internecionem eſt redactum, ita omnis crudelitatis, libidinis, et inhumanae ſuperbiae in ejusmodi homines editum eſt exemplum. Et qui ſuperarunt ex caede homines, vel commigrarunt in alias terras, vel qui remanſere in iisdem locis, pene ut ſervi habebantur, omnes verborum, rerumque contumelias ferentes: nemo eos colloquio, nemo aditu, nullus hoſpitio dignos putabat. Nec aliquis de injuria conqueri, libere loqui, aut hiſcere audebat, omnes egeni, afflicti, obſiti ſqualore, ac ſordibus vitam ducebant, ad ſolas aerumnas reſervatam: par erat prorſus eorum conditio, qui amore in Deum commoti, ad habitandum in haec loca migrabant. Nil tamen cunctis erat acerbius, quam cernere, impuros homines Chriſtianos ritus palam eludere, ſolemnibus ſacris contemptim ſe immiſcere, immani ferocia illa turbare, ſacerdotes injuria, contumeliisque afficere, (4) fana, delubraque polluere, aut ever-

B

(4) FANA POLLUERE. Deploratum Orientis ſtatum quingentis pene annis elegantiſſime *Accoltus* noſter perſtringit, & alii hiſtorici; immane hoc pollutorum templorum ſcelus omnibus ſaeculis, et gentibus barbarum habitum, *D. Auguſtin.* Lib. XVIII. Civitat. Cap. XLV. *Otto Friſing.* Lib. II. Cap. XLVI. uſque adeo, ut belli jure cum omnia diriperentur, tem-

evertere, nil ſanctum illis, nil improfanum relinquere, non denique pati, ut more Chriſtiano ſacra celebrarentur.

Qui vero undique confluebant, ut viſitatis templis, adoratoque numine, domos repeterent, licet placarent pecunia barbaros, qui tutum

templa tamen inviolata remanerent: *Hegeſip.* Excid. Hieroſol. Lib. V. Cap. XLVI. *Horat.* Lib. IV. Ode IV. [vs. 48.] et *Porphyrion* ibid. et memorabili exemplo Ageſilai *Xenophon* Lib. IV. Graecanicor. reverenter habenda templa docet, et *Arrian.* Lib. I. Rerum Alexandri Magni. [pag. 268.] *Salvian. Maſſil.* Lib. III. de Provid. [pag. 50.] *Valer. Flaccus* Lib. V. [vs. 641.]

An Martia templa
Intemeranda minus.

Peto Apollon. *Collat. Lib. I. Excidii.*

Crudeles iterum templum
violare Quirites.

Et *Lib. IV.*

Nam parcere ſacro
Ille loco, ſaltemque urbis monimenta manere
Una velit.

Aurel. Prudent. *Lib. II. in Sym.* [vs. 547.]

Templorum cineres victis
ſpoliavit Amyclis.

Corruptum locum lege:

Victis ſpoliavit ab Indis.

Sil. Italic. *Lib. XIII. Punicor.* [vs. 318.]

Ne flammam, taedaſque
velint, ne templa ſub uno
In cinerem tranſiſſe rogo.

Depravatum locum lege ex MS. cum Franc. Modio *Novant Lect. Epiſt. LXII.*

In cinerem traxiſſe rogo.

tutum illis facerent iter, darentque aditum ad ſacras aedes; tamen crebras injurias tolerabant.

Cum in Judaea talis eſſet rerum conditio, (5) Gallus quidam genere, homo ex urbe Morina

(5) GALLUS non urbe Morina, quae nulla, ortus PETRUS, ſed *Ambianis*, urbe celebri in *Morinis*. Virgilio, *extremi hominum*. Aeneid. VIII. in fine [vs. 727.] id eſt, ut exponit *Servius Maurus Honoratus*, *Populi Galliae, in finibus, qui Britanniam ſpectant, proximi oceano*. Eadem *Ptolemaeus*, *Caeſar*, *Strabo*, et ex his *Dimaeus*. Sic tollitur error *in libro Provinciarum. Civitas Morinum, id eſt, Pontacum*. Sed lege: *Civitas Morinorum, id eſt, Ponticum*. Erit ergo Petrus natus in Picardia, nam clare *Albertus Aquenſis* Lib. I. Cap. II. *Sacerdos quidam Petrus nomine, quondam Eremita, ortus de civitate Amiens, quae eſt in Occidente de Regno Francorum*. Concors Guillielm. Tyrius Lib. I. Cap. XI. *Petrus Sacerdos de Regno Francorum, de Epiſcopatu Ambianenſi*. Ea ſententia verior, et magis placens. Inter recentiores *P. Angelius Bargaeus* Syriad. Lib. I. ubi Angelus eum ſic alloquitur:

Nec prius in Belgas, nec patria regna recurres,
Quam poſitam Arvernis Elaver prope flumen in oris
Urbem adeas, ſanctumque patrem.

Manifeſtus error *Dodechini*, qui in Appendice ad *Mariani Chronicon* Anno MXCVI. *Incluſus quidam, cui nomen Petrus in finibus Hiſpaniae conſtitutus, clauſtris egreſſus totum commovebat orbem*. Duplex menda: nam annus, quo Petrus clauſtra deſeruit, fuit MIV.

rina in Belgis natus, cui Petrus erat nomen, (6) Eremita dictus cognomine, quod mente tota in Deum verſus in ſolitudine vitam agebat, ſanctus, et innocens a cunctis habitus, anno Chriſtianae ſalutis quarto et nonageſimo ſupra mille ad ſacrum ſepulchrum profectus eſt. Is magno ingenio, majore animo praeditus, quam qui talibus viris ineſſe ſolet, cum plures dies per ea loca verſatus eſſet, certior factus, quam crudeliter, quam avare Chriſtianis imperaretur, quod extrema per omnia vitam agerent, cernenſque templa ipſa, pollutis viris, ad ſordes, ad ſcelus, ludibriumque patere, illorum aditus peregrinis Chriſtianis venales eſſe, vehementer ingemuit, ferens aegerrime tantam indignitatem, arguenſque Chriſtianos Principes, qui occupati vanis in rebus, hanc ſui temporis labem ferrent, quibus abunde ſuppeterent vires ad id malum extinguendum. Ipſos enim belli arte, virtute militum, opibus, atque armis florere: hoſtes vero imbelles, pene etiam inermes eſſe, nihilque in bellis afferre, praeter

MIV. et non in finibus Hiſpaniae, ſed, ut diximus, Galliae Eremiticam ille vitam exercebat. Obiit hic Belli Sacri Incentor XX. anno poſt ſuſceptam expeditionem, et vita migravit apud *Huyum*, ſepultus in Monaſterio ad Moſam a ſe fundato: *Anſelm. Gemblacen. Monachus* in Chronico ad annum MCXV.

(6) EREMITA. Non tantum *profeſſio* vitae, ſed

praeter inconditam multitudinem, quam profugare nullum prorſus negotium eſſet. Eoque majore culpa noſtros urgeri, qui prope certam victoriam negligant, in ea cauſa, qua nulla major, vel honeſtior eſſet, in qua deleta ignominia vetere, Chriſtianis decus, et ſalus pararetur.

Haec, et ſimilia querens Petrus, tandem decrevit periculum facere, num exhortando, monendoque pellicere poſſet Chriſtianos Principes, ut opus tam ſalubre aggrederentur. Egregium certe facinus auſus, utque ab initio videri poterat longe majus, quam quod ab eo perfici poſſet, cui rem tantam exorſo non genus, non opes, non auctoritas, nec praeſtans doctrina, vel vis eloquentiae, ſuffragium darent. Itaque ſi quis reputet exitus rerum, quae hujus opera coeptae fuerunt, quam facile impu-

ſed et gentilium *ſtemma* Eremitae nomine ſignificatur: *Guillermus Tyrius* Lib. I. Cap. II. *re, et nomine cognominatus Eremita, Jacob. Vitriac.* Lib. I. Hiſtor. Oriental. Cap. XVI. *Polydor. Vergil.* Hiſt. Anglic. Lib. X. [pag. 174.] Excogitavit primus modum *orandi per globulos*, et globuli hi, ſeu *calculi quinquaginta quinque* ab eo ex *ligno* ad orandum in via militibus monſtrati. Idem *Polydor.* Lib. V. de Rerum Inventor. Cap. IX. [pag. 321.] Teſtantur inſuper *inſignia* familiae Eremiticae, quae ſunt *tres floſculi* quinque foliorum cum *roſario.* Hujus pronepos fuit *Albertus Eremita, Epiſcopus Bethlemitanus*, et a Caeleſtino

lit multos mortales, relicta patria, deſertis conjugibus, liberiſque, tam procul a domo bellum gerere, pericula maxima ultro ſubire, non mirabitur forſan, vulgatae tum famae habitam fidem, quod hic (Deo jubente) negotium coeperit.

Tradunt enim quidam ſcriptores, cum nocte quadam orantem illum altior ſomnus oppreſſiſſet, viſum ſibi adeſſe virum humana ſpecie auguſtiorem, jubentem illi, ne deficeret animo, ne cogitata exequi cunctaretur; Deum enim tam piae rei non defuturum, quaerentique Petro, quisnam is eſſet, reſpondiſſe illum, ſe Jeſum eſſe, qui ſibi opem polliceretur. Hoc viſu laetus, in Italiam navigans, ad urbem Romam profectus eſt, repertumque ibi Pontificem adiens, cauſam ſui adventus exponit, ,, docet, quae Hieroſolymis viderit, quas cla-
,, des,

leſtino III. Patriarcha, ut ferunt, Hieroſolymitanus anno MCXCI. Auctor *Aquicinctin.* vel anno MCCIV. vel, ut verius, anno MCCVI. teſtatur *numiſma* pervetuſtum dono a Philippo II. Hiſpaniarum Rege datum Joanni Eremitae Antverpienſi, cujus haec eſt inſcriptio.

ALBERTUS PATRIARCHA HIEROSOLYMITANUS. Anno MCCVI.

Ab altera parte adverſa:

HIEROSOLYMA A SARACENIS CAPTA SEDE ACONEM TRANSLA-
TA

„ des, quam ſervitutem Chriſtiani ferant, qui
„ flerent quotidie, ac manus ad coelum tende-
„ rent, tot aerumnis finem orantes, dolerent-
„ que reliquos omnes Chriſti cauſam neglexiſſe,
„ cujus religio, templa omnia per Syriam to-
„ tam, vel eſſent deleta, vel nimis foede pro-
„ fanarentur. Orat, ut opem ferat afflictis re-
„ bus, et, velut parens Chriſtiani nominis,
„ moneat reliquos, ut vires praeparent ad ſa-
„ cram expeditionem; ſpectare namque ad
„ eum praecipue ſtudium tuendae religionis,
„ innitendique protinus, ne quid ea detrimenti
„ capiat, vel ſi eſt lapſa, ut reparetur: nec
„ alium eſſe in terris locum, qui ea indignius
„ careat, quam Judaeam provinciam, quae
„ ipſi religioni exordium dedit, Chriſti veſti-
„ giis illuſtrata: quam ſi neglexerunt priores
„ Pontifices, tanto illius majus meritum, ma-
„ jorem gloriam fore, qui primus adeo pium
„ opus aſſumpſerit. Quid enim ſpectare ad il-
„ lum magis, quam virtutis certamen? qui ſit
„ Prae-

TA NUMUS PEREGRINORUM.

Hic eſt ille Albertus, qui Carmelitanis fratribus ex S. Baſilii, et Joannis XLIII. Epiſcopi Hieroſolymitani regulam praeſcripſit, diplomate dato *Acone* in Syria Idibus Januarii anno MCLXXI. niſi ſit error in annorum diplomatis numero, quod ego exiſtimo ex ſupra dictis, et diſputat *Aubertus Miraeus* in Chronico.

„ Praefectus humano generi, ad rectam vitam „ conſtituendam, qui ejus tenet in terris vi„ cem, a quo virtutes omnes prodierunt, quem „ parentem homines vocent, quod charitate, „ ſapientia, vitae exemplis, omnibus conſulat, „ omnes dirigat ad felicitatem? Id enim patris „ officium eſſe, quod ab eo boni efflagitent, „ ut, opem ferens Chriſtiano nomini, veterem „ ignominiam deleat: neque aliud eſſe, quod „ gratius Deo, et cunctis hominibus poſſit fa„ cere: vel ex quo magis conſecret ſuum no„ men memoriae ſempiternae.

Quibus verbis Pontifex motus (vera enim dicebantur) rem totam ad Cardinales defert, et ea ſaepe, ac multum diſcuſſa, placuit nil intentatum relinquere, quo Judaea ex hoſtium manibus eriperetur.

Ferunt quoque, ipſi Pontifici facilius id ſuaſum eſſe, quod apud Germanos regens Imperium illi hoſtis accerrimus erat, quove ipſum deprimeret magis, Pontificem alterum creari effecerat, nec Deum ipſum, neque homines veritus. Ideoque putaſſe Urbanum (7) (id enim Pontifici erat nomen) ſibi conducere, concire homi-

(7) URBANUM. Is fuit Urbanus II. primus pontificum Gallorum, Oddo, vel Otho ante electionem vocatus, *doctrina, et ſanctitate vitae quovis grandi magiſtratu dignus,* ait *Platina*, [*pag.* 171.] Eccleſiaſticae libertatis invictus propugnator. Benno ſeu

homines adverſus barbaros, atque illis bellum indicere, ut penes omnes majorem gratiam iniret: praeſertim quia decreverat (8) concilium cogere, in quo multi mortales futuri erant, quorum judicio probari ſe cupiens, memorabile aliquid afferre in illo geſtiebat. Ideoque viſus eſt ſibi divino munere oblatus Petrus, qui eum hujus rei opportuno tempore admonitum fecerat.

Ergo, concilio palam in dicto Claromonte Galliae urbe, ſuis edictis ad recuperandum ſepulcrum populos provocat, praemia multa tum divina, tum humana illis proponens. Mandat Petro, et aliis plurimis, ut, peragrantes Occidentis provincias, omni ſtudio elicerent homines id bellum ſuſcipere, ingentis gloriae, majoris meriti futurum. Qui ubique profecti, mirum

 in

ſeu *Brino* apoſtata pſeudocardinalis *Turbanum* per ſcomma dixit, quaſi turbas ipſe concitaſſet, cum nemo pacatiori eſſet ingenio, ut, qui in ſanctiſſimi Gregorii VII. ſchola erat edoctus, a ſolis S. Romanae Eccleſiae hoſtibus, aut *Imperatoris*, *Guibertique partium fautoribus* reprehenditur, et in his eſt *Guillielmus Malmesburienſis* Lib. I. de Geſt. Anglor. Pontif. et perſtringit injuria *Ivo Carnotenſis* Epiſt. LXVII. lacerant etiam Germani ſcriptores.

(8) CONCILIUM. Id primo *Placentiae* indictum, ſed, quia gravi bello Italia premebatur, et *Rogerius* invaſerat res Eccleſiae, extincto Greg. VII, et

in modum profecere, viris permultis in hanc ſententiam penitus tractis, ſuas opes, aut operam pollicentibus. Sed (incredibile dictum eſt) quam inter omnes unus Petrus enituit: cujus ab ore non arte diſpoſita, nec verbis ornata fluens oratio, ſed vultu, voce, lacrymiſque adjuta, et longe magis vitae integritate (ob quam praeſentior aderat Deus) in Italia prius, deinde trans Alpes maxime mentes humanas commovit, arguens crebro ignaviam Principum, qui malo exemplo ad luxum homines, et inertiam traherent, vanis illecebris capti, ac deliniti, cumque ſummo dedecore barbaros creſcere paterentur.

Ergo, erectis omnium animis, in curam, ſtudiumque futuri belli, a Roma Pontifex movens, tranſmiſſis Alpibus, in Galliam venit, inque urbe Arverniae (9) Claromonte conſedit, ubi

et partes tumebant Caeſareae factionis, nec quicquam illi cis Alpes tutum, aut ſecurum, mutavit conſilium, et Galliam Sanctae Sedi faventem commodiorem ratus, concilium ibi indixit, nam Rex Philippus ab obedientia Urbani Pontificis, numquam receſſit. *Ivo Carnotenſis* Epiſtola XLIV, et literas idem Papa ab eodem Rege recepit, debitam ei ſubjectionem promittentes. *Berthold.* Chronic. ad Annum MLXXXIX.

(9) IN CLAROMONTE. Gergovia Caeſari. Lib. VII. Bel'. Gall. [Cap. IV.] *γεργουία* Ptolemaeo. Eſt urbs valida, ac potens

ubi jam ante concilium indictum erat. Quem ubi adeſſe vulgatum fuit, quaſve ob cauſas tam longum iter eſſet emenſus, ingens hominum copia eo ſe tranſtulit: quorum frequentia laetus Pontifex, quia plures convenerant factis, et genere clari homines, nec non legati plurium Principum, qui concilio non intererant, bonam ſpem animo cepit, putans, praeclaro initio ſuis votis auſpicatum Deum, ſperanſque, illo propitio non ea tandem irrita fore.

C 2 Ne-

tens in Arvernis. Errat *Gabriel Simeonius*, qui putat *Gergoi* hodie dici, non longe Aurelia ad Ligerim. Melius alii *Clarummontem* eſſe contendunt, *Belforeſt.* *Aimon. Monach.* Lib. V. Hiſtor. Franc. Cap. L. *Joan. Savaro* ad Sidon. Apollinar. Carmine VII. verſ. 149.

Hanc Arverne colens, nulli pede cedis in armis,
Quoſvis vincis equo, teſtis mihi Caeſaris eſto,
Hic nimium fortuna pavens, cum colle repulſus
Gergovia.

Huc indixerat Urbanus II. concilium, in quo, & Regem Franciae Philippum ob adulterium excommunicavit, et bellum ſacrum decrevit; *Berthold.* Chronic. ad Annum MXCV. *Guillielmus Malmesburienſis* Lib. IV. de Geſt. Reg. Anglor. eo anno: et multis *Ivo Carnotenſis* Epiſt. CCX. *Baldricus* Lib. I. totius ſynodi generalis acta ponit in hoc bello decernendo, ſive de aerumnoſis caſibus Hieroſolymitanorum, et Antiochenorum, nulla mentione excommunicationis facta.

Con-

Neque ipſum fefellit opinio: cuncta enim ex ſententia ſucceſſerunt, multaque ab eo prudenter, multa utiliter pro ſtatu eccleſiae ſunt conſtituta, inque illos eſt ſevere animadverſum, qui adhaeſerant falſo Pontifici, (10) vel qui freti potentia legibus ſacris libidinem ſuam praeferebant. Quibus perfectis tempus jam eſſe Pontifex ratus, in quo coepto jam operi pro Chriſti ſepulchro extremam manum imponeret, ſciſcitatus patrum ſententiam, eorumve, qui ex concilio erant, exploratiſque animis multorum Principum, ubi omnes ſentire idem animadvertit, rem dignam exiſtimans, quam per ſe ipſum obiret, extra urbem advocata concione ita diſſeruit.

„ Ex

Concilium novembri celebratum in quo CCCX. Praeſules numerati, id prius *Vigiliaci*, mox *Podii* indictum, demum in conſeſſu *Claromontano* abſolutum. *Guillerm. Tyrius* Lib. I. Cap. XIV. Injurius eſt *Sigebertus Gemblacenſis*, qui, cum expeditionem hanc ſacram Anno MXCV. motam oſtendiſſet, nec concilii Claromontani, nec Urbani Pontificis meminit, ſed Occidentales tantum populos conjuraſſe ait, nimium ſane in partes Imperatoris propenſus. *Caeſar Baron.* Annalib. Eccleſiaſt. Tom. XI.

(10) FALSO PONTIFICI. *Guibertus* hic erat *Antipapa*, ſive Gibertus de Corrigia Archiepiſcopus Ravennas, et Henrici IV. Imperatoris Cancellarius, a' quo Brixini a XXX. ſchiſmaticis Epi-

" Ex omnibus malis, (11) quae Chriſti re-
" ligio eſt perpeſſa maximum id fuiſſe, cen-
" ſeo, quum Maümetti execrabiles ritus orbi
" terrarum irrepſerunt. Nam licet ab ipſo ini-
" tio graves Chriſtiani tulerint clades, pre-
" mente illos Caeſarum ira, qui Deos colentes
" novae tum rei adverſabantur, quamvis exortae
" a multis haereſes crebro eccleſiam lacerarint;
" nec ubi tamen ejuſmodi peſtes eam extinxe-
" re, quinimo poſt vincla, et carceres, poſt
" cruciatus immanes inter ipſa pericula prae-
" valens tandem haec religio major evaſit, at-
" que illuſtrior. Plus enim valuit bonorum vir-
" tus ad ſalutem, quam poenae formido ad ſu-
" perſtitionem, errores quoque a noſtris inven-
" ti veritati tandem ſuccubuerunt. Quibus re-
" jectis, cum lux vera toto in orbe refulſiſſet,
" nec ea extingui, vel minui poſſe videretur,
" anilis pene ſuperſtitio eam in Aphrica, atque
" in Aſia delevit. Hac vero pernicie quid un-

 „quam

Epiſcopis Antipapa creatus, ſub nomine *Clementis* III. Romae etiam Dominica Palmarum coronatus Anno MLXXXIV. Fuit hoc ſchiſma XXIII. omnium perniciosiſſimum. Sedit Annos XXII. contra *Gregorium* VII. *Victorem* III. *Urbanum* II. et *Paſchalem* II. ſub quo in arce S. Angeli obiit, et cadaver Ravennam delatum conditumque, juſſu Paſchalis II. exhumatum, combuſtumque. *Annal. Eccleſiaſtic.*

(11) EX OMNIBUS MA-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

„ quam fuit acerbius? quid luctuoſius bonis „ omnibus? quid humanae ſaluti adverſius? „ quid Chriſtiano nomini foedius? Quis dignus „ moeror pro tantis malis haberi poteſt? tot „ nationes Chriſti morte redemptae poſt agni„ tam veritatem illius numen abnegarunt, et „ tenebris obrutae mente obtuſa ſuae ſaluti adver„ ſantur: atque hoc modo maxima pars huma„ ni generis perdita eſt. O vanos pro his ma„ jorum labores, o fruſtra effuſum martyrum „ ſanguinem, o miſerrimam hominum cla„ dem, o contumeliam non ferendam! Proh „ Deus omnipotens! itane praeſtant flagitia „ hominum, ut gentes innumeras tam longo „ tempore perire ſinas, ut tuum numen con„ temni, haberi ludibrio patiaris, atque ubi „ litabant veteres, ſacrilegia perpetrentur? Ex„ crucior animo, conficior prae dolore, lacry„ mas miſerans fundo, eam indignitatem me„ cum reputans; quae longe major, multo in„ feſtior videri poteſt ob Judeae calamitatem, „ quam hoſtes ea potiti mirum in modum af„ flixere. Taceo nunc innumeras caedes no„ ſtrorum factas, ſtupra in foeminas, bono„ rum rapinam, ſervitutem multorum non re„ cenſeo; quamvis haec omnia deflenda, in„ digna, plena dedecoris fuerint: quae opti-

„ mum

MALIS. Hanc concionem varie referunt. Elegantiſſima

„ mum quemque movere debent ab iis poenam „ repetere, qui haec flagitia perpetrarunt. Illud vero praecipue queror, id in primis dolendum exiſtimo, nec ullo pacto a vobis ferendum: quod ſcilicet barbari terram occupent, Chriſti hoſpitio, nativitate, doctrina, et ſanguine conſecratam: in qua ejus religio exordium ſumpſit: et templa dedicata illius nomini vel ſunt everſa, vel quae ſuperſunt, profanantur. Quod ſacrum Chriſti ſepulchrum iidem hoſtes occupatum tenent, inceſtant, polluunt, ſacra, dum fiunt, eludentes. Quod ſacerdotes Chriſtiani, aliive, quicunque ſuperſunt, omnia probra, omnes injurias patiuntur, eorumque liberi, poſt baptiſma receptum, violenter Judaico more circumciduntur: quove major accedat injuria, manans ab iis eo ſcelere cruor ſacratae aquae admiſcetur: neque aditus patet noſtris hominibus, qui undique ad ipſum ſepulchrum confluunt, niſi pecunia illum redimant. Dies certe deficeret, ſi pergam exprimere, quae impuri latrones nefanda in Deos, atque homines commiſere: quam ſuperbe, quam crudeliter noſtris imperitent, quam inſolenter patientia veſtra, et viribus ſuis abutantur. Quo in ſtatu miſerrimo

ma apud *Tyrium*. Secundam orationis dignationem *noſter*

„ rimo provincia illa ſit conſtituta, ſatis nunc
„ ſit, pauca haec retuliſſe: quo vos viri Chri-
„ ſtiani velut a ſomno excitarem, docerémque
„ qua ignominia oneremini. Quid enim eſt
„ per immortalem Deum (ſi modo ſapitis
„ quicquam, ſi ulla religio eſt in vobis, ſi
„ prorſus humanitatem non exuiſtis), quod
„ vobis debeat eſſe moleſtius, aut videri ma-
„ joris dedecoris, quam ferre hanc fidei cala-
„ mitatem? Duas ob res bella praecipue ſuſ-
„ cipi ſolent, vel ad propulſandam injuriam,
„ vel ob imperium augendum. Injuria vero
„ quae fuit major, quam ea ipſa, quam a bar-
„ baris accepiſtis? Deus veſter offenſus eſt,
„ cujus nomen, ſacra, templaque violarunt.
„ Amiſiſtis Chriſtianos multos, qui contagio-
„ ne infecti una cum illis inſaniere. Major
„ pene pars orbis Chriſtiano nomini eſt ere-
„ pta, quotidie hoſtium vires augentur, vobis
„ ipſi inſultant, veſtras vires contemnunt, vos
„ illis parere aequum cenſent, veſtras opes
„ brevi ſe perditum ire confidunt, veſtrae iner-
„ tiae illudentes. Quod ſi haec parva vobis
„ videntur, quae recte magna? quae bello di-
„ gna videbuntur? Si ſimul haec omnia vos
„ non commovent, quod unquam honeſtum
„ commovebit? Si Chriſti deſeritis cauſam,
„ qua-

noſter ſortitur pondere re- rum, elegantia verborum.
Vide

„ quales Chriſtiani cenſendi eſtis? illi nempe, „ quos litterae ſacrae deteſtantur, qui, licet ver„ bis Deum honorent, ab eo animum habent „ alienum. Si veſtrum aliqui gloriam cupiunt, „ vel imperii amplitudinem, quam expectant „ majorem occaſionem? Quid enim eſt glo„ rioſius? quid majore dignum laude, quam „ pro religione tuenda, pro ſalute humani ge„ neris bellum ſuſcipere? Quod imperium eſſet „ juſtius? quam quod ab hoſtibus tam honeſte „ quaereretur? Nam quae inter vos geritis bel„ la, dira, execranda, charitati adverſa cen„ ſeri debent, et qui ex illis gloriam quaerunt, „ vehementer errant, quoniam illa ex recte „ factis, et in hominum genus claris meritis „ comparatur. Ergo filii mei, ſi viri eſtis, ſi „ Chriſtum putatis Deum eſſe, ſi animarum „ ſalutem habetis caram, ſi gloriae verae vos „ cura exagitat, tandem aliquando ad hoc „ opus praeclarum animos veſtros, menteſque „ dirigite, ac Deo propitio adverſus barbaros „ arma capite. Nimis enim has contumelias „ toleraſtis, nimis jamdiu vanae illecebrae vos „ deceperunt: tempus jam eſt non ultra tor„ pere, non ultra in ocio, deliciiſque verſari, „ pro veteribus malis piaculum Deo ingens „ offerre, amplecti virtutem, luxum, libidi-

D „ neſque

Vide *Paulum Aemilium* Hiſt. Franc. [Lib. V. Cap.

„ neſque deſpicere; ex illa enim ſalus, et glo-
„ ria, ex aliis vero mollities animi, ſtupor
„ mentis, aegritudines corporis pariuntur. Su-
„ peret aliquando recta ratio, ſuccedat ocio la-
„ bor, inertiae ſtudium rectum, luxuriae caſtitas,
„ voluptati temperantia, avaritiae liberalitas,
„ fortitudo imbecillitati, ſpei rerum fragilium
„ coeleſtium cogitatio, ut quae dilexiſtis, ra-
„ tione contemnere, ſatietate abjicere videa-
„ mini, utque vos eſſe Chriſtianos non verba
„ ſolum, ſed opera ipſa oſtendant. Quod ſi
„ quos veſtrum labor militiae, ingens pericu-
„ lum, difficultas victoriae terrent, ii, velim,
„ ſe colligant, conſiderentque clariſſimos vi-
„ ros, qui nunc uſque fuerunt, non ocio, vel
„ deſidia, ſed labore, induſtria, ſtudio, for-
„ titudine gloriam ſibi comparaſſe; neque ali-
„ ter illam quaeri, niſi quis virtuti ſtudens per
„ aſpera quaeque, corpore, animoque invictus
„ evaſerit. Praemia vero ea ſequi, quibus
„ majora nulla omnino eſſe poſſunt, ac ſatius
„ eſſe honeſte mori, quam cum dedecore vi-
„ tam agere: praeſertim cum viri praeſtantes
„ poſt mortem ipſam divinitatis participes fiant.
„ Quo quid felicius humano generi poteſt ac-
„ cidere? an militiae ſudor, an mors, aut
„ vulnera tam magno praemio aequari debent?
„ Num

Cap. XLVIII.] *Sabell.* Lib. III. Ennead. IX.
[Tom.

" Num decet pro illius cauſa pavidum eſſe,
" qui pro noſtra ſalute non contumelias, non
" flagella, non denique mortem recuſavit? Ille
" ſit vobis clarum exemplum: illius amor vos
" excitet: in ejus praeſidio ſpem habete, qui
" vos pugnantes non deſeret, nec vinci ab
" improbis patietur. Plurimos hic adeſſe vi-
" deo, quorum majores bellica laude clarue-
" runt, hos imitandos proponant ſibi, horum
" res geſtas memoria repetant: eos putent que-
" ri, et ingemiſcere, ſi qui ſunt, qui hanc re-
" cuſent expeditionem, quod ſcilicet tam igna-
" va progenies illis ſucceſſerit, quae malit in
" ocio domi torpere, quam, ut decet viros,
" fortiter agere: et perinde nunc loquor, ac
" ſi graviſſimum bellum inſtaret, ſi maxime
" dubius foret eventus: cum iis vobis res erit
" (ſicut accepi), qui rem militarem pene igno-
" rant, qui ſine ordine aliquo inermes, incon-
" diti pugnam ineunt; quibus non ratio ineſt,
" ſed quaedam temeritas, ac libido, quorum
" corpora, animoſque licentia nimia, et luxus
" effoeminarunt. Cum hoc equite, cum hoc
" pedite pugnaturi eſtis, hoſtium umbram,
" non hoſtes habituri. Pro nobis vero prae-
" clari duces, militum virtus, et copia erunt:
" et, quod magis exiſtimo, divinus favor,

D 2 " qui

Tom. II. pag. 512.] *Pa- chymer.* Lib. V.

" qui vobis aderit pie bellantibus, hoſtes vero
" interimet. Nec Syria ſolum imbellis regio
" impar erit copiis noſtris, ſed quaevis infide-
" lium natio armis noſtrorum ſuperabitur. Nec
" illud parvi exiſtimo, quod vobis Byzantium
" uſque tutum, ac facile iter erit: quod ibi re-
" ſidens Princeps vires vobiſcum junget ſuas,
" cui jam pridem hoſtes timenti, qui ſibi ma-
" gnum imperium ademerunt, graveſque illi
" ad exitium imminent, veſter adventus jucun-
" dus erit. Ergo par eſt, vos magno animo
" ad bellum accingi: timorem (ſi quem habe-
" tis) deponere, amiſſum decus armis repete-
" re: quemque veſtrum ſpem victoriae ſibi prae-
" ponere, ac demum ad patriam felicem re-
" ditum; nec putare iniquum eſſe, ut pro
" Chriſti religione domeſtici lares, liberi, con-
" juges aliquo tempore deſerantur. Sua enim
" ſententia (quae ſacris eſt literis) illius gratia
" nemo eſt dignus, qui ejuſmodi omnia in eum
" emori anteponit. Nec pro decore tantum,
" ſed pro ſalute hoc erit certamen. Si enim,
" ut hactenus, ita deinceps cunctemini, nec
" reprimetis hoſtium vires, cum iis tandem ro-
" buſtioribus factis, pro noſtris tuendis dimica-
" re compellemur. Atque utinam falſus ſim
" vates: remedium ſerum perditis rebus affe-
" remus. Prudentis vero eſt hominis non mo-
" do praeſens intueri, ſed longe animo in fu-
" turum proſpicere, ut adverſam fortunam vi-

" tare

„ tate queat. Igitur eo vos animo adverſus „ hoſtes proficiſci velim, quo fortiſſimi viri „ pro patria, pro domeſticis laribus, pro con- „ jugibus, ac liberis, pro ſua ſalute pugnare „ conſueverunt.

Poſtquam dicendi finem fecit, approbantium murmur concionem totam pervaſit, viciſſimque admonentium, ut Pontificis verba velut emiſſa Dei oraculo in pectora ſua animos eorum dirigerent. Eodemque die multi (12) mortales militiam ſacram Deo voverunt, crucis (13) ſignum ſupra pectus veſtibus affigentes, quo no-

(12) MULTI MORTALES. Omnes Europae populi uno nomine *Francigenarum* dicebantur: notant aliqui, qui pro *Occidentalibus* etiamnum hodie, more ab illa expeditione tracto, ſumuntur: *Tyr.* Lib. I. Cap. XVII. *Non erat uſpiam in tot provinciis, quot habet Occidens, domus otioſa, vel una.* Principium vero illuſtrium virorum, qui huic ſacro bello nomen dederant, Nomenclaturam collegit *Jacobus Bongarſius*, ad quem te remitto. Summa fuit trecenta millia armatorum: vel ſexcenta millia peditum, centies mille equites, ut vult *Antoninus* Archiepiſcop. Florentin. *Platina* in univerſum ponit centum millia hominum, ſed errat.

(13) CRUCIS SIGNUM. Salutare hoc, et vivificum redemptionis humanae ſignum, tum primum veſtibus adſuere coeperunt, et vel pectori, vel brachio apponere, *Baldricus Archiepiſcopus* Hiſtor. Hieroſolymit. pag. 88. *Sancta cruce paſſim palliaban-*

tius eſſet votum ſuum, quove tali exemplo alii traherentur. Sequenti die, coacto concilio, bellum pro liberanda Judaea magno aſſenſu decernitur. Et qui aderant Principes, aut legati abſentium operam ſuam, aut opes promittunt. Datur negocium religioſis multis, doctrina, eloquioque praeſtantibus, hortandi ubique Chriſtianos omnes, ut pium negocium exequantur. Cumque ob multa neceſſarium videretur deligere aliquem, qui Pontificis nomine tot exercitibus praeeſſet, aſſentientibus cunctis,

liabantur. Ivo Carnoten. Epiſt. CLXXIII. *Accuſabatur munitionem in terra ad jus praedicti Comitis Hugonis pertinente, poſtquam crucem acceperat, aedificare coepiſſe.* Tyrius Lib. I. Cap. XVI. *Convenerat apud omnes, et idipſum de mandato Domini Papae injunctum fuerat, ut, quotquot praedictae vitae voto ſe obligarent, vivificae crucis ſalutare ſignum veſtibus imprimerent, et in humeris illius portarent memoriam, cujus paſſionis locum inviſere propoſuerant.* Mandatum hoc Urbani ex Eſaia deſumptum Cap. II. *Levabit dominus ſignum in nationibus.* Petrus Diaconus Lib. IV. Hiſtor. Caſſin. Cap. II. *Ad hujus rei evidens judicium communi conſilio ſignum ſanctae crucis ſuper ſcapulam dextram impreſſere veſtibus.* Robert. Monach. Lib. II. [pag. 35.] *Cumque requireret, quod ſignum geſtarent peregrinationis, didicit, quod aut in fronte, aut in ſcapulis dextris ſignum ferebant ſanctae crucis.* Ex quo loco apparet, non veſtibus modo, ſed et ipſi *carni* impreſſum cru-

ctis, Nicienſis praeſul ei muneri praeficitur, qui prudentia, et vitae integritate longe alios anteibat. Is libenter, ſuſcepto negocio, eos, qui genere, opibuſque praeſtabant, partim verbis, partim litteris monuit, ut, quod ſupereſſet hiberni temporis, in copiis contrahendis, parandiſque ad belli uſum neceſſariis rebus, abſumerent: ut abſque mora vere primo felici omine Byzantium petant. Ad idem quoque ſuis edictis reliquos omnes eſt hortatus. Igitur per totam hiemem, qui militiam voverant, res ſuas

crucis ſignum, et confirmat *Bertoldus Presbyter* in Chronic. ad Annum MXCVI. *Omnes quoque, qui ad hoc iter ſe devoverunt, ſigno crucis in veſtibus notare facit, quod etiam in ipſa carne notatum apparuit.* Inde *Crucifer exercitus* dicitur ab *Abbate Veſpergenſi* Gulielmo Neubrigenſi Lib. III. Hiſt. Anglor. Cap. XXII. *Characterem Dominicum* accipere dixit, et *ſignum Domini* vocat, et *ſignum Regis Regum* CRUCEM appellat. Antiquiſſimus ergo Chriſtianis ritus ſigno ſe crucis munire. *Joannes Saresberienſis* Lib. II. Policrat. Cap. I. *Lactant.* Lib. IV. Cap. XVI. D *Hieronym.* Epitaph. Paulae. D. *Auguſtin.* Lib. XXII de Civit. Cap. VIII. Ita Poëtae antiquiſſimi. *Aurel. Prudent.* Cathemer. Hymno ante ſomnum. [vs. 131.]

Frontem, locumque cordis
Crucis figura ſignet.

Alcim. Avit. *Lib. V.* [vs. 247.]

Sic

ſuas familiares componere, pecuniam ad ſumptus bellicos cogere, arma, et equos parare, animum, corpuſque ad ferendos poſtea tot labores exercere coeperunt. Ubi vero proficiſcendi tempus propinquum fuit, convenere in Gallia multi Principes, ut, quod optimum factu eſſet, conſultarent. Quorum nobiliores hi fuerunt Ugo, cognomine magnus, Philippi Galliae regis frater: Robertus Normandiae provinciae dominus: Guilielmus ex Britannia (14) inſula ma-

Sic nos Chriſte tuum ſalvet ſuper omnia ſignum
Frontibus impreſſum.

Coripp. African. *Lib. II. num.* 7.

Crucis faciens ſignum venerabile.

Et *num.* 8.

Sancti faciens ſignacula ligni.

(14) EX BRITANNIA. Angli, Scotique ſanctae huic expeditioni, et interfuerunt, et rem magni momenti praeſtiterunt *Baldric. Archiepiſcop.* Hiſtor. Hieroſolymit. pag. 89. *Fulcher. Carnotenſis* Geſt. Peregrinor. Francor. pag. 385. *Guibertus Abbas* indoctus, et ridiculus ſcriptor, maligno ingenio, ſcelesta fide, Hiſtor. Hieroſolymit. Lib. I. Cap. I. *Videres Scotorum cuneos crure intecto, hiſpida chlamyde, ex humeris dependente Pſitareia de finibus uliginoſis allabi, ac copioſa arma ſuae fidei, ac devotionis nobis auxilia praeſentare.* Sigebert Gemblacen. Chron. ad Annum MXCVI. *Innumerabiles una*

maxime clarus, ac domi potens: Stephanus Carnutenſium, et Bleſenſium Gallorum princeps, Tholoſae comes: Raimundus Guarnerius Greſſis princeps: Baldoinus Fenealti dominus: Bimontes Aurengiae imperans: Stephanus Albae Marchiae regulus: Ugo urbis divi Pauli dominus,

E

una adſpiratione moti, et multis ſignis ſibi oſtenſis alii ab aliis animati, duces, comites, potentes, nobiles, et ignobiles, divites, et pauperes, liberi, et ſervi, epiſcopi, clerici, ſenes, et juvenes, et jam pueri, et puellae, omnes uno animo nullo ullum angariante undique concurrunt ab Hiſpania, et Aquitania, a Britannia, a Scotia, ab Anglia, a Normannia, a Francia, a Lotharingia, a Burgundia, a Germania, a Longobardia, ab Apulia, ab aliis regnis, et virtute, et ſigno ſanctae crucis ſignati, et armati, ultum ire parant injurias Dei in hoſtes Chriſtiani nominis. Eadem *Abbas Uſpergenſis* pag. 230. Ductor *Anglorum* fuit *Robertus* dux Normaniae, filius Gulielmi Conquaeſtoris natu maximus, et ob id legitimus regni haeres, ſed a Gulielmo Rufo deceptus.

Scotos duxit *Alanus Fergandus* Britannorum, inquiunt laudati ſcriptores, princeps: ſed, ut puto, Malcolmi III. ex S. Margareta filius. Mirum, cur *Benedictus noſter* Willielmo Britannos ſubnectat, cujus hac expeditione nulla apud Anglicos Annales mentio.

Scotos egregiam bello ſacro operam navaſſe, cur tacuerit *Hect. Boëthius*, mirum videri poſſet, cum expreſſerit *Paulus Jovius* in Scotiae deſcriptione pag. 24.

In-

nus, Flandriam regens: Goffredus (15) Lotteringiae princeps, Euſtachii filius, qui Bononiae, quae in Gallia eſt, imperium tenuit: vir bellica laude non ſolum aetate ſua coeteris praeſtans, ſed inter priſcos heroas numerandus, quorum res geſtas tot clari ſcriptores tradiderunt, de quo uberius alio loco dicendum erit. Venere cum eo Balduinus, et Euſtachius fratres, viri fortiſſimi, quorum virtus plurimum noſtris in bello profuit. Hi, atque alii, qui con-

Interfuere etiam huic expeditioni cum ingentibus copiis, et laudabilem, fortemque operam exhibuerunt *Piſani*, *Veneti*, *Genuenſes*, uti ſuis locis obſervabitur.

(15) GOFFREDUS. *Fulcherius Carnotenſis* in Geſt. Peregrinor. Franc. Cap. II. ſatis imperite, *Godefridus dux regni Lotarienſis*. Paulo melius *Guibertus Abbas* Lib. II. Hiſtor. Hieroſolymit. Cap. XII. *Dux Godefridus, cui ex materna haereditate ducatus apud Lotharingos acceſſerat*. *Tyrius* Lib. I. Cap. XVII. Appoſitiſſime eum deſcribit *Robertus Monachus* Hiſt. Hieroſolymit. Lib. I. pag. 33. (*Godefredus Euſtachii Bolonienſis comitis filius, ſed officio dignitatis dux Teutonicus: hic vultu elegans, ſtatura procerus, dulcis eloquio, moribus egregius, et in tantum lenis, ut magis in ſe monachum, quam militem figuraret; hic tamen cum hoſtem ſentiebat adeſſe, et imminere praelium, tum audaci mente concipiebat animum, et quaſi leo frendens ad nullius pavebat occurſum*. *Henricus Huntindonienſis* Hiſtoriar. Lib. VII. pag. 214. Indictionem belli per-

conſilio aderant, de ratione belli ſimul locuti, multa prudenter providerunt. Et cum decreviſſent veris initio iter incipere (ſicut legatus jam edixerat) veriti forſan, ne, interjecta longius mora, frigeſceret impetus, ardorque, qui ab initio multos commoverat, vincente demum verecundiam metu, vel nimio ſtudio rei familiaris, quibus frequenter in arduis rebus ſuccumbit virtus, optimum illis viſum eſt ducere

perperam locat in anno MXCVI. et *Euſtachium* vocat *Boloniae conſulem*, et ducem tamen *Godefridum* ejus filium. Et in eodem anni errore verſatur *de Hoveden* Annalium parte priore pag. 266. Quos ſcriptores eo lubentius laudavi, quod ex iis multa obſervata digna haberi poſſunt. *Ida* comitiſſa *Godefridi mater* Affligemenſibus Eccleſiam, quae eſt in Villa Genapia, conceſſit, eo conſentiente, ut MS. codex Lipſii ſupplet. *Sigeberti Chronicon* ad annum MXCVI. Plura de eo Lib. IV. hic infra.

BONONIAE. Altera eſt *Italiae* regum olim Hetruſcorum ſedes, Aemiliae caput, ſtudiorum mater. Haec vero *Gallica* in littore Morinorum, epiſcopi ſedes, diruta a Carolo V. *Terra*, Caeſaris olim navale accommodum, *Geſſoriacum* dictum. *Hincmarus* tamen *Rhemenſis*, MS. libro contra Hincmarum Laudunenſem, *Bononiam epiſcopum ſuum habuiſſe ante Normannorum vaſtationem ſcribit.* Fuit illud Hincmari Opus apud Nicolaum Fabrum, qui fuit Lodovico XIII, regi a ſtudiis.

vario tempore (16) diviſas copias, quas cum cernebant, maximas fore, ne ſimul pergentes, commeatus inopia premerentur, et, ut qui primi Byzantium pervenirent, alios ibi opperirentur, ut inde communi conſilio integris viribus ad hoſtem contenderent. Miſeruntque nuntios in omnes partes, probante id legato Pontificis, ut, qui ubique coirent milites, idem obſervarent. Scripſerat quoque Pontifex Byzantio principi, ſignificans ei decretum bellum, exhortanſque illum, ne communi cauſae Chriſtianorum deeſſet, ac venientes exercitus commeatu, hoſpitioque juvaret, ſibi egregie opem laturus ad vim hoſtium propulſandam. Qui benigne reſpondens, vires ſuas, et copiam rerum omnium eſt pollicitus. Haec vulgata ubique reſponſio quam plures dubios confirmavit, atque auxit cupidinem cunctis mature profici-

(16) VARIO TEMPORE. Quaedam enim copiae *terra*, ut Gualteri, Petri Eremitae, et Godefridi Byzantium contenderunt: aliae *navali* expeditione uſae, eodem convenere, ut Tancredus, Boamundus, Scoti, Angli, Piſani, Veneti, Genuenſes, ut ex authoribus, quos laudavi, liquet: *Fulcherius Carnotenſis* Cap. II. Alii parata perniciores aliis, iter ſane *corpore* coeperunt. Alii quidem menſe *Aprili*, vel *Majo*, vel *Junio*, nec non *Auguſto*, et *Septembri*, ſeu *Octobri*, prout ſumptuum opportunitas ſuccurrit, ſubſequuti ſunt.

ſciſcendi, praeſertim praeſtantibus viris, quibus timentibus levitatem Graecorum, ſuſpecta (17) fides Imperatoris erat: ne ſcilicet nova conſilia volvens animo, praeſtare duceret, hoc tanto metu attonitos barbaros cogere tandem ad aequam pacem, quam tot armatos cum gravi periculo, et ſuorum incommodo intra ſuos fines recipere, quibus parendum potius, quam imperandum eſſet; ne quoque putaret, ſi noſtri viciſſent, eorum potentiam maxime illi timendam fore: quia nil aeque, ac imperandi cupiditas homines claros tranſverſos agit: ſi autem victi cederent hoſtibus, tunc barbaros

(17) SUSPECTA FIDES. Merito; ita enim creditum priſcis. *Servius Maurus Honoratus* ad Lib. VI. Aeneid. [vs. 724.] ex Ptolemaei auctoritate, et climatum ratione *Afros* vocat *verſipelles*, *Graecos leves*, *Gallos pigrioris ingenii.* Eadem *Julius Maternus Firmicus* Lib. I. Aſtron. Cap. I. Cicero pro Flacco *fidem iſta natio nunquam coluit.* Plene *Juvenalis*, et *Valerius Maximus*: talis etiam hic Alexii fuit: *Albertus Aquenſis* Lib. II. Cap. IX. *plurimum monuerunt, ut caveret verſutias, et venenatas veſtes ipſius Imperatoris Alexii, et doloſa verba.* Guibertus pag. 485. *eum* vocat *infidelem*, *ſubdolum*, *perfidum nequiſſimum.* Illius vero fraudem deſcribit *Tyrius* Lib. II. Cap. IV. Nicetas Acominatus Choniates, *homo ſi quiſquam alius occulti animi, qui ſapientiam in diſſimulando poſitam ratus, raro admodum, quid facturus eſſet, prae ſe ferret.* Concordes *Alii.*

ei graviores futuros, elatos victoria, inſenſoſque illi, quod pro ipſis delendis adſcitos ab eo Chriſtianos crederent.

Igitur appetente jam vere dum cuncti ſe ad iter expediunt, Gualterius (18) quidam Equitanus inter ſuos admodum clarus, trium millium

(18) GUALTERIUS EQUIRANUS. Primus hic Chriſti vexillum praetulit, et viae ſuos accinxit. *Fulcherius Carnotenſis* pag. 385. *primitus per Hungariam perrexit, cujus gentis poſtea ſatrapa fuit quidam Galterius, ſine pecunia, dictus, miles optimus, qui poſtea inter Nicomediam, et Nicaeam urbes cum multis conſociis ſuis a Turcis occiſus fuit.* Guibertus Abbas Cap. II. *Petrus de multa comitum ſuorum vaecordia ſaepe vexatus; et crebra ſtrage confuſus cuidam Tranſequano, et cogniti generis viro, armis quantum ad ſe ſtrenuo, nomine Gualterio primatum ſuae gentis dederat, ut quos documentis diſtinere non poterat, ille ſaltem auctoritate reſtringeret.* Longe apertius huic loco illuſtrando *Albertus Aquenſis* Lib. I. Cap. VII. *Octavo die menſis Martii Walterus cognomento Senſavehor, miles egregius, cum magna ſocietate Francigenarum peditum ſolummodo octo habens equites, ex admonitione praedicti Petri Eremitae in initio viae Hieroſolymitanae, intravit regnum Hungariae.* Error tamen circa expeditionis tempus in *Alberto* eſt unius anni integri: nam ingreſſum viam Gualterium *hic* vult anno MXCV. Contra rectius *Tyrius* Lib. I. Cap. XVIII. numerat annum MXCVI. et Gualteri cognomentum effert *Senſaveri*. Hodie nobilis extat apud Francos familia, quam eandem reor, *Sanſouvecur*.

um coacto exercitu, equitum ſimul, peditumque omnium primus cum ſuis movit, Pannoniamque (19) ingreſſus, jubente (20) Calemano provinciae rege, quae uſui ſibi, ac ſociis erant affatim ſuſcipit, progreſſuſque fines (21) regni ad Orientem flectens, Savum (22) fluvium

(19) PANNONIAM. Regio Graecis antiquis *Paeonia*: *Appianus* in Illyricis. [pag. 762.] Sed falſiſſima ea appellatio, ut docemur ex *Dionis Cocceja-ni* Lib. XLIX. [pag. 416.] Idem tamen vitium inhaeſit codici *Ariſtotelis* de Mirabilibus, ubi de auro Apyro. Revera Pannonia *non triplex*, ut Optatus Milevitanus habet: ſed *duplex* tantum, *Superior*, in qua Auſtria, Carinthia, Carniola; *Inferior*, quae et Hungaria audit, et vernacule *Wegierska* eſt. Videndus *Lazius* in Transmigratione Gent. et noſter *Scotus in libro de Notitia utriuſque Imperii. Hungaria* autem dicta, *quaſi Hunnorum, Avarumque mixtio*, ut auctor eſt *Eginhartus*, ſeu Kineartus Scotus in vita Caroli Magni, et *Witichindus* Benedictinus Annalium ſcriptor: *Simocatus*, *Jornandes*, *Nicephorus Caliſtus* videantur.

(20) CALEMANO. Hunc celebrant hujus belli ſcriptores tanquam pium principem, *Tyrius* Lib. I. Cap. XVIII. et eum ſequutus *Albertus Aquenſis* regem Chriſtianiſſimum vocat Lib. I. Cap. VII. ex ſtirpe Τοκης octavus, *Bonſinio* autore. Hiſtoria Hungarica *Dubravii* edita a Joanne Cratone conſulatur.

(21) FINES REGNI. Terminum Hungarici, et Bulgarici regni vocant *Malevillam*, *Tyrius*, et *Aquenſis* loco laudato.

(22) SAVUM. Ptolemaeo eſt σάυιος *Savius*, Tro-

um cum ſuis trajecit ſuperiorem Pannoniam ab alia dirimentem. Plerique autem de ſuo exercitu, qui tardius iter fecerant, cum citra flumen remanſiſſent, ab accolis regionis latrocinio aſſuetis impedimentis, ac rebus omnibus exuti ſunt. Qui ſecuti veſtigia prioris agminis nudi pene ad alios venientes triſte ſpectaculum praebuerunt. Vulgataque in caſtris injuria tantum irae injecit militibus, ut omnes propere ad vindicandum ſocios eundum clamarent. Temerarium id ratus Gualterius, eo ſcilicet regredi, quo rex excitus ſuorum periculo facile ipſos poſſet opprimere, numero, viribus, locorum peritia Pannoniis impares, vel iter illis undique claudere, cunctis tandem demonſtratis periculis ab eo propoſito avertit. Indignum quoque videri putans, quod vires paratas adverſus barbaros ad perniciem Chriſtianorum converteret. Itaque continuato itinere ad urbem Belgravem copias ducit. Taururum

Trogo Pompejo *Sabus*, in verſione Arriani latina *Salus*, corrupte. *Strabonis* errorem Lib. VII. confutavit *Abraham Ortelius*: nec minus ridicula hiſtoria Argonautarum *Apollonii*, qui Savum eſſe *Iſtrum* vult, cum Savus in Iſtrum influat ad Segeſtriam civitatem, ut res eſt notiſſima: *Claudiani* corruptus locus Lib. II. [vs. 192.] de laudibus Stiliconis: ſed reſtitutus ſic, ubi plura dixi,

Pannonius potorve Savi.

rum (23) a veteribus dictam, cujus princeps, commeatu negato, eum a finibus ſuis abire juſſit. Qua re indigna plurimi perturbati abſque ducis imperio paſſim per agros praedatum diſcurrunt: quos incompoſitos oppidani adorti, caeſis pleriſque, in fugam vertere, ac multos abditos in agreſtium caſis, ad quas ex fuga ſe contulerant, igne injecto cremaverunt. Auditus fugientium, et inſequentium clamor; viſuſque ſimul tot hominum curſu ſublatus pul-

 vis

(23) TAURURUM. Imo vero Taururum *Plinio* autore [leg. *Taurunum* Lib. III. Cap. XXV.] licet *Ptolemaeo* ſit ταούρειον Taürurum, vernacule eſt *Nandor Alba.* Plinium ſecutus *Scotus in Notitia Imperii. Alba Graeca* nonnullis audit, aliis vero *Marſavia* eſt. Recentiores vocant *Belegrados*, *Georg. Cedrenus* Epitome DCXV: ubi haud recte voluit eſſe caſtellum ditionis Turcicae; *Idem* pag. 591. celebrat *Elemechum Belegradorum* principem Bulgarum. *Guilielmo Tyrio* hanc eandem militum cladem deſcribenti Lib. I. Cap. XXVII. Belgradum [leg. *Bellagrava*] eſt Bulgarici regni umbilicus. Hic populus olim *Moeſi*, et *Triballi*, Bulgarico regno everſo *Serviae* deſpotis Belgradum paruit; donec Sigiſmundus Caeſar permutatione facta cum Eleazaro principe adjecit urbem eam regno *Hungarico*, Chalcocondyles Lib. V. manſitque diu gentis propugnaculum, et Turcicae terrae, donec Solymanus II. eam ante aliquot annos expugnavit. Porro Bellegravae, ſeu Belgradi princeps, qui commeatum exercitui negavit

vis ducem a caſtris cum ſuis excivit, qui ſecum ducens expeditas cohortes, non multum progreſſus fugientibus Gallis obvius fuit: redactiſque illis ad integram aciem feroces victoria invadit hoſtes, fuſoſque levi certamine uſque ad urbem eſt perſecutus, multis in praelio, et fuga occiſis. Deinde majorem tumultum timens, tantiſper moratus, dum quies datur feſſis militibus, et cuncti ſe ad iter praeparant, cum exercitu movens celeriter longe ab urbe abiit, non prius quieſcens, quam ad urbem, tum Stralicem (24) nomine fuit ventum. Ibi refectus abunde, benigneque ubique receptus By-

gavit venalem, *Nichita* etat. *Tyrius* Lib. I. Cap. XIX. *Albertus Aquenſis* Lib. I. Cap. VIII.

(24) STRALICEM. In *Servia* haec urbs non longe a fluvio *Maroë*, ſeu *Morava*, quem *Moſchium* dici contendunt, *Felix Petancius* Itinerario ad Vladiſlaum regem: inde aliter peregrinis fuit ad *Nyſſam*, quae Alberto eſt *Nirch*, et Cedreno pagina 615. *Naiſſus*. Hodie, ut opinor, *Traditza*, Serviae caput ea tempeſtate, *Arnoldo Lubecenſe* autore, qui Lib. II. Cap. IV. *Nicaeam* vocat. Habeo autores, quibus placet, olim *Sardicain* dictam; aut ut in aureo Caracallae *nummo*, et Theſauro *Huberti Goltzii Serdica*; aut recte eadem eſt *Stralitia* Cedreni, Tyriique Lib. II. Cap. II. et, ut *Noſter* ait, *Stralice*. *Concilium* hic ſub Conſtantino Auguſto habitum docet *Michaëlius Glycas*, *Joannes Lydus*, *Sophianus*, *Curopalates*, *Eutropius*, *Antoninus*, ſeu *Scotus*

Byzantium (25) uſque traduxit copias: et urbem ingreſſus cum comitibus paucis (nam ita juſſerat Imperator) illi congrediens, cujas eſſet exponit, et quam ob cauſam tam longum iter emenſus eſſet: quodve innumera multitudo, vel jam a domo moverit, vel comparat ſe ad proficiſcendum. Venire praeterea Petrum ait Heremitam cognomine cum magna manu praeſtantium hominum, qui parum poſt eum cum ſuis moverit.

tus verius in Itinerario. *Suidas*, et alii apud Ortelium videantur.

(25) BYZANTIUM. peregrini duce *Gualterio* nullas perpeſſi moleſtias, ſed ubique alacri Chriſtianorum voto ſuſcepti, et commeatu adjuti a Servia *Byzantium* pervenerunt. Abunde Hiſtoriae Hieroſolymitanae ſcriptores, maxime *Tyrius*, et *Aquenſis*, et in tranſcurſu urbes opulentas praetergreſſi plurimas ſed nobiliores eo tractu *Phinopolis*, cujus meminit *Plinius* [Lib. IV. Cap. XI.] et *Aquenſis* Lib. II. Cap. VII. Mendoſe ab Arnoldo Lubecenſe *Vinopolis*, Lib. II. Cap. IV. eſt. Sunt, qui exiſtiment, veteri nomine *Philippopolim* dictam: *Tyrius* Lib. II. Cap. IV. Conſentit *Itinerarium Solomonis Schumeckeri*, quod edidit ſcriptor quidam; ultima urbs ab illis adita fuit *Adrianopolis*, Aquenſis Lib. I. Cap. VII. dierum quinque itinere Byzantio diſtans, *Procop.* Lib. VIII. belli Gothici. De *Conſtantinopoli* autem; et *Byzantio* ſi quippiam petis, adi ad *Tacitum* Lib. XII. [Annal. Cap. LXIII.] ad finem, *Joannem Sariſberienſem* Lib. I. Polycratici Cap. V. *Juſtinum Junianum* Lib. IX. *Anthologiam*

rit. Laetus Alexius (26) (id principi erat nomen) Gualterium vidit, audivitque: ac, datis illi extra urbem locis, in quibus cum ſuis moraretur, jubet, his cibaria vendi, aliave, quaecunque cuperent.

At

giam Graecam Lib. IV. Cap. IV. *Avienum* pag. 274. *Priſcianum Periegeſi* pag. 387. *Marcianum Heracliotam* vs. 725. *S. Adhelmum Scotum* Lib. I. de laudibus Virginitatis.

> *Urbs eſt, quam vulgo Byzanti nomine dicunt,*
> *Conſtantinopolis poſthac vocitetur in aevum.*

Dixi ad illud *Claudiani* Lib. II. in Eutrop. [vs. 83.]

> *Hoc Byzas, Conſtantinuſque videbunt.*

(26) LAETUS ALEXIUS. Hic eſt familiae *Comnenae* Imperator II. nam *Iſacius Comnenus* extorſit violenter Imperium Orientale *Michaëli Stratiotico*, tenuitque annos duos menſes tres: deinde hic *Noſter* alienatum a domo ſua Imperium mira felicitate recuperavit a *Nicephoro Botoniate*, facili, et ingenua princeps natura, niſi eam Graeca perfidia corrupiſſet: ſucceſſit ei *Joannes Porphyrogenetes*, quem pater obſidem tradidit caſtris peregrinorum, dum Gothefredus urbem intraret; *Noſter* infra, *Tyrius*, et *Aquenſis* Lib. II. Cap. XV. Hunc mater *Irene* ſupplantare voluit, eoque expuncto, ſucceſſionem Imperii in *Nicephorum Briennium* generum ſuum transferre conata, irrito eventu; nam et ipſe ſedit pacifice, et *Theodoram* filiam *Balduino* regi III. loca-

At Petrus, (27) qui maximo ſtudio ex diverſis provinciis multos collegerat, numero militum quadraginta, ut velut ſocii una ſecum in Aſiam pergerent. Cum illis omnibus per Ungariam tranſiens, tandem ad ea venit loca, in quibus Gualterii ſocii cladem acceperant: quae ubi militibus nota fuit, cum ſatis conſtaret, multos ex oppido Malavilla dicto ejus facinoris auctores fuiſſe, omnes confeſtim arreptis armis ad oppidum oppugnandum ire pergunt (id improbante vehementer Petro, rogante que illos, ne ſuo admiſſo venturis copiis tranſitum claudant: nam haud dubie credendum eſſe, provinciae regem, ea injuria irritatum, reliquis viam negaturum), et cum ad illud perveniſſent, corona circumdatum ſumma vi tandem expugnant: repertoſque ibi, praeter infantes, ac foeminas omnes interimunt: centum ferme ſuorum in ipſo diſcrimine pugnae amiſſis: tantum ira crudelis, miſericordiaque ſo-

cavit uxorem, et *Alexium* filium ſuum ſucceſſorem nominavit, qui cum fratre ſuo *Andronico* ante patrem obiit: pari etiam fato, *Iſacio Sebaſtocratore* humanis exempto, res devoluta eſt ſumma ad *Manuelem*, quae ex *Zonara*, *Drungario*, *Choniate*, *Cedreno*, aliiſque deſumpta mire ad hiſtoriam noſtram, atque etiam res omnes *Orientalium* illuſtrandas, ſed maxime ad *Haytonis Armenii* lectionem conferunt.

(27) AT PETRUS. Diſſidet *Noſter* ab aliis in hoc

ſociorum, qui verberati, et ſpoliati fuerant, exceſſit modum. Id facinus atrox nuntiatum Calemano (quamquam mitis, et clemens erat) ita ipſum commovit: ut mox juberet, exercitum contrahi, quo cladem acceptam ulciſceretur. Quod ubi reſcitum eſt in caſtris, cuncti celeriter contractis navigiis, quae circa ripas fluminis erant, impedimenta trans aquam mittunt: ipſi flumen pertranſeunt: nec intermiſſo itinere ad urbem Belgravem pervenere ab oppidanis deſertam, quorum princeps (Nichita nomine) poſt auditam in eos vindictam, qui priores malo affecerant, conſcius, ſibi gravius illos a ſuis laeſos, diffidenſque moenibus urbis in plano ſitae, nec ſatis munitae adverſus hoſtes, civibus juſſit, ut ſecum una cum ſuis rebus, quae ferri, agique poterant, ad tutum locum refugerent. Itaque omnes uno agmine ad alia loca commigrarunt.

Vacuam urbem ingreſſi milites, ut, ſi quid remanſerat praedae, abraderent, vicinoſque ubi ſcru-

hoc *Petri itinere*, nam autores ſupra a me laudati aſſerunt, eodem agmine *Gualterium*, et *Petrum* profectos, ſed ea lege, ut hic pietatis affectu, ille militari diſciplina militem regeret: hic vero *Noſter* diviſis copiis *Gualterium primum*, *mox Petrum Conſtantinopolim perveniſſe ſcribit*, habetque aſſertorem *Tyrium*, qui Lib. I. Cap. XVIII. *Gualterii* tranſitum exhibet. Cap. XIX. *Petrum* ait ſubſecutum.

ſcrutati vicos diem unum abſumpſere. Abeuntes deinde octavis caſtris ad urbem Nizam profecti ſunt, feſſique, ác debiles pro inopia rerum, quae illos euntes per loca inculta major in dies excéperat. Ea civitas natura loci, et opere munitiſſima fuit, abundans maxime civium numero, qui militaribus artibus animorum, et corporum robore praeſtare caeteris in ea provincia putabantur. Pons erat lapideus duo millia paſſuum ab urbe diſtans, amni ſuperimpoſitus, qui agrum urbi propinquum ſecans, velut ſinum in medio relinquebat: per eum pontem traductae copiae, quod plani erat inter flumen, et urbem complevere; miſſiſque ad oppidanos nonnullis, qui neceſſaria pro militibus peterent, reſponſum accipiunt, eorum illis copiam fore, ſi ab injuria, et maleficio temperent, inque fidei pignus quoſdam ipſis traderent obſides (28): ea cum placeret conditio (nam ad extremum inopiae venerant) petitos obſides in urbem tranſmittunt. Continuoque vis ingens omnium rerum pro uſu militum in caſtris defertur, quibus refecti, cibariis emptis dierum aliquot, poſterá die cum primum illuxit, a Niza diſcedunt.

Qui-

(28) TRADERENT OBSIDES. Hi fuerunt *Walterus de Bretoil*, et *Gothefredus Burel de Stampis*: Aquenſis Lib. I. Cap. X.

Quidam vero Germani equites, qui adjunctis peditibus numerum ferme centum explebant, cum ultimi de induſtria remanſiſſent, ut ſcelus conceptum exſequerentur, poſtquam viderunt longius jam praegreſſos reliquos, piſtrina ſeptem prope ipſum pontem, et vicum unum incenderunt. Id vero in urbe mox vulgatum populum totum ad arma excivit, aegre ferentem, ab iis manaſſe talem injuriam, quos fame abſumptos velut a fame vendicaſſent. Igitur multi armati urbem egreſſi, rapto agmine in Germanos feruntur, inventoſque jam non procul a ſuis diſtantes omnes interimunt, nec eo contenti poſtremum exercitus invadunt agmen, in quo praeter armatos admodum paucos pueri, et foeminae cum impedimentis erant. Neque enim exercitus ille, in quo non erat certum imperium, militari more incedebat, eaque ratio neligentiam auxerat, quòd pacatum ſe iter habituros credebant.

Igitur nacti imbellem turbam, numerum magnum eorum concidunt, et ne a reliquis poſſent opprimi, carris (29), jumentisque multis prae ſe actis onuſtis praeda, unde venerant, redeunt, captivos multos una ducentes. Hac

(29) CARRIS. Quid ſit *Carrago*, quam hic innuit, dixi in Commentariis ad *Claudianum* [vs. 129.] *In ſpeciem caeſis obtendit plauſtra juvencis.*

Hac re tam triſti ad Petrum delata, idem celeriter miſit nuntios, qui ante praegreſſos (30) revocarent, qui redeuntes ſimul cum reliquis ad ſtragem videndam ſuorum profecti, cum tot occiſos reperiſſent, quiſque ipſorum vehementer flere, rem prorſus nefariam eſſe, dicere, tantam perfidiam execrari, ulciſcendum id ſcelus, palam fremere, ſupplices manus ad coelum tendere, Deum vindicem invocans, cujus militiam aſſumpſiſſet. Deinde luctu tandem ſedato, reverſi omnes uſque ad pontem miſere nuncios oppidanis, qui res repeterent captoſque homines, et de caede ſuorum quererentur, quod ſcilicet exceptos hoſpitio abſque injuria diſcedentes pro hoſtibus habuerint, nec aetati parcentes nec ſexui, viciſſe illos cunctos perfidia, et ſaevitia barbaros, jura divina, humanaque temeraſſe, dediſſe ſatis manifeſtum indicium, ſe illos maxime odio proſequi, qui pro Chriſtiano decore niterentur, ac pro barbaris bellum gerere, ad quos opprimendos illi pergerent. Reſponſum eſt ab urbis principibus, aequum eſſe, homines, qui titulos claros prae ſe ferrent, aequales illis mores habere, ne cum operibus pugnet oratio. Nam quid turpius,

(30) QUI ANTE PRAEGRESSOS. Narratio eadem hujus tumultus, et injuriae Nizaeorum expoſtulatio, apud alios jam laudatos hujus belli ſcriptores,

pius, aut gravius eſſe? quid bonis infeſtius? quam ſub ſpecie boni ſcelus conficere, bene meritiſque ingrato animo detrimentum facere? ejuſmodi vero iſtos fuiſſe, qui ſe Chriſti milites praedicent, quos receptos ab eis, commeatu adjutos, tam ingratos fuiſſe, immemores adeo talis meriti, ut, cum non poſſent ſaevire in homines, piſtrina, et vicos circa urbem incenderint.

Ergo incommodi ſui penes eoſdem culpam eſſe, qui initium introduxerunt, (populum enim ardentem ira contineri nequiſſe, qui hanc injuriam ulciſceretur) et, quae in ipſa pugna quaeſiverit, jure illi parta videri, nec ea redditurus.

Cum hoc reſponſo dimiſſi nuntii ad ſuos redeunt, quos iratos ſuo facinore ſuis verbis magis accendunt. Petrus vero, et alii principes moram magis, quam bellum timentes, ſimulque inopiam rerum, quam futuram tum cernebant, priuſquam urbem expugnaſſent, ſitu, et armis permunitam, quamvis concordiam bello anteponebant. Itaque eam tentandam rurſus rati, quoſdam deligunt claros viros, qui, ut redimerent claros viros, ac praedam, cum oppi-

ptores; ſed apertiſſime, et culti ſſime *Noſter*, levi tamen diſſidio: nam quos Noſter *Germanos* vocat, *Tyrio* Lib. I. Cap. XX. ſunt *Teutonici* numero quaſi

oppidanis pacem componerent. Id autem multi velut ignavum aſpernati, quos caeſorum affinitas, vel amicitia ſtimulabat, ceperant arma, ut oppidanos invaderent. Quod praeſentiens Petrus, palam edici cunctis juſſit ſuo, ac principum nomine, ut pacem turbantibus nemo protinus auxilium ferret: ea re, qui vim parabant, nil admodum territi, circiter mille ſimul pedites, equiteſque tranſgreſſi pontem, prope urbem ivere, non ſecus inſtructi, quam ſi cum hoſtibus dimicandum foret. Quorum adventu cives perculſi, partim armati muros complent, partim expectant idoneum tempus, quo hoſtem adoriantur, quem ubi adeſſe intellexerunt, ac circum moenia increpantem obſtrepere, multi ex illis, duabus portis eruptione facta, dextra, laevaque, in eum feruntur, qui licet impetu primo parumper ceſſerit, ob eos, qui ab acie prima, ſolutis ordinibus, in ſecundam refugerant, tandem compoſitus, refectuſque animo, magna vi praelium excipit.

Cumque per integram horam pari marte eſſet pugnatum, oppidani ſpe ſua fruſtrati, qui hoſtes primo impetu fuſos crediderant, labo-

quaſi centum: et *vicus* ille, quem *Noſter* ſuccenſum prodit, *Tyrio* eſt, *domicilia quorundam extra murum*: ſed et peregrini a Bulgaris occiſi ad decem mil-

re, vulneribuſque confecti pedem retulere, quibus noſtri inſtantes terga dare illos coëgerant. Qui vero intus remanſerant, ſuorum periculum conſpicati, laborantibus illis auxilium mittunt, redintegrataque pugna, qui erant victores, profligantur, et parte dimidia ex illis caeſa, reliqui fuga pontem petebant, temeritatis poenam ferentes. Multi autem ex toto exercitu nefarium rati in tanto diſcrimine illis deeſſe, Petri ac principum ſpreto imperio, vadunt, et ipſi adverſus hoſtes, eorum primi, qui gradu citato ad pugnam venerant, cum fugientes nec vi, nec precibus retinere poſſent, ſatis exterriti, vix tentato certamine, terga vertunt. Quorum fuga, trepidatioque tantum pavorem injecit reliquis, ut ultra tendere, aut hoſtem reprimere auderet nemo, tantum priorum ignavia milites alios exſangues reddiderat.

Itaque fuſi omnes, cum refugerent ad integras copias, eas quoque conſilii inopes cedere retro impulerunt: quos per aliquod ſpatium proſecuti hoſtes, magna edita caede, laeti ad urbem rediere, nequaquam longius progredi auſi, ne pauci a multis opprimerentur.

Hoc accepto incommodo, moeſtus exercitus inde

millia, *Tyrius* Cap. XXI. et cuſtodiae mancipatus ingens utriuſque ſexus numerus, plauſtra ad duo millia amiſſa. *Tyrius* Cap. XXII.

inde abiit, decem milibus ferme ſuorum, et duobus curruum millibus cum impedimentis amiſſis. Cumque per dies tres in ipſo itinere vix anxie cibaria reperiſſent, ob famam ab eis geſtarum rerum, deſperatioque, ac moeſtitia in omnium vultu emineret, venere tandem Imperatoris nuntii, reprehenſiſque illis, quod more hoſtili tumultus excitaſſent, nec modum, nec modeſtiam obſervantes, edicunt (31) palam principis nomine, necubi, niſi quies neceſſaria inſtet, commorentur; ab injuria, et maleficio temperent, ipſos vero daturos operam ne quam inopiam patiantur. Nec talibus dictis abfuit fides: pergentes enim cum exercitu nuncii, ne quid illis deeſſet, providerunt. Poſtquam Byzantium ventum eſt, Graecum principem adiens Petrus, eum, et alios, qui ſecum erant, in admirationem convertit naturali fa-

(31) EDICUNT. Imperatoris hoc *Alexii edictum* ex *Tyrio* Cap. XXII. et *Aquenſe* Lib. I. Cap. XIV. Et *cauſa* hujus edicti, quod de injuriis a Petri exercitu Malevillae factis certior factus Alexius, graviter contumelias tulerat; erat enim ea tempeſtate *Bulgaria* ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis, ſi quidem eam edomuerat *Baſilius II.* qui Βουλγαροκτόνος, hoc eſt *Bulgarorum occiſoris*, cognomentum inde ſumpſit, ante quem *reges indigenae* eam tenuerant, qui varia fortuna cum Byzantinis Auguſtis depraeliati ad ultimum belli voce ſubacti, du-

facundia, conſilio, magnitudine animi praeſtare viſus, cui etiam ineſſet comitas, quae a gravitate non abeſſet. Accedebat praeterea ſanctitatis opinio, quodve fama vulgatum erat, hunc belli ſuſcepti praecipuum ſuaſorem fuiſſe. Per ea principi admodum gratus, benignum eum in ſuos fecit. Paucorum dierum (32) quiete ſumpta, qua refici potuit labore viae confectus miles, placuit cunctis (33) mare tra-

duces, a quibus regerentur, accipiebant, qualis eſt *Nichitas* hic memoratus, a Noſtro *Nicirra* dictus, et forte rectius *Nicetas*. Joannes Zonaras, Cedrenus, *Alii*.

(32) PAUCORUM DIERUM. Nam amplius quinque *Aquenſis* Cap. XVI. Lib. I.

(33) PLACUIT CUNCTIS. Imo fuit Alexii *conſilium*, ne trajicerent, aut etiam praeceptum, *Anonymus* in Geſtis Francorum Lib. I. *Nolite tranſmeare brachium, donec veniat maxima Chriſtianorum virtus, quoniam vos tanti non eſtis, ut cum Turcis praeliari valeatis.* Baldricus Archiepiſcopus: *Mandaverat, ne transfretarent, quouſque maximus qui ſequebatur, advenisset exercitus, ſi enim aliter feceritis, efferi gentiles in vos irruent, et imbellem hanc periment legionem.* Robertus Monachus Lib. I. [pag. 33.] non nihil ab his diſſentit: narrat enim, inſolentia peregrinorum commotum Imperatorem, quod palatia deſtruerent, templa, ſacraſque aedes, plumbo, quod Byzantinis venderent, iis praecepiſſe, iratum aequoreum S. Georgii brachium tranſmearent. Sed et *Noſter*, recte, placuiſſe cunctis Alexii con-

trajicere, quo minus oneri eſſent Graecis, commodiuſque in litore maris alios expectarent. Ideoque juſſu Imperatoris, contractis navigiis, omnes fretum tranſgreſſi, Gualterio comite una cum ſuis, in Bithyniam (34) tranſierunt, praetergreſſique Nicomediam, (35) prope mare haud longe ab urbe Nicea (36) caſtra locant, munitiſque illis, quia hoſtibus propinquaverant, decreverunt non prius diſce-

conſilium, qui et naves, ut tranſmitterent, parari juſſit, *Tyrius* Lib. I. Cap. XXII. in fine; ideo hic additum *juſſu* Imperatoris.

(34) BITHYNIAM. Sive, ut in *nummo* Hadriani Auguſti *Bitheinia*, antiquitus *Bebrycia*, ſed et *Mygdonia.* Marcianus Capella [Lib. VI. pag. 221.] *Phrygia major.* Saluſtius apud Servium ad Lib. V. Aeneid. [vs. 373.] *Strymonis*, *Theſſalis*, *Cronia*, *Maliande*, Plinius [Lib. IV. Cap. XXXII.] *Thraceſium* Euſtathius. *Metapontus* Juſtinus [Lib. XX. Cap. II.] vulgo hodie *Becſangia*, Caſtaldus: dixi multis ad *Claudianum* Lib. II. in Eutrop. [vs. 246.]

Thyni Thraces erant, quae nunc Bithynia fertur.

(35) NICOMEDIAM. Stephano Byzantino eſt *Olbia.* Trebellio Pollioni, Ammiano, Pauſaniae et Cedreno *Aſtacus*; licet has appellationes Ptolemaeus, et Mela diſtinguant. Errat vehementer Marius Niger, vulgo *Nicor* a Turcis dicitur, ut in Strabone auctor eſt Bonacciolus; ſed *Iſnigimid* eſſe vult Leunclavius.

(36) NICEA. Ab auctore

cedere, quam majores exercitus perveniſſent: Iiſdem magnopere Imperator ſuaſerat non prius quicquam moliri in hoſtes, quam reliquis copiis juncti eſſent, veritus, ne, incondita turba, nullius parens imperio, a barbaris, quorum vires erant magnae, opprimerentur.

(Hoc in loco paulo altius repetendum duxi, qualis tum eſſet Aſiae (37) ſtatus, quodve hominum genus ei magna ex parte dominaretur. Imperante Graeciae Diogene quodam, cujus poteſtas in Aſia quoque magna erat, Perſarum rex Beſpheth homine, cui Aſſyrii, Medi, multaeque aliae nationes parebant, cum exercitu maximo, fines regni egreſſus, pleraſque provincias vi, aut metu ſibi ſubegit. Cumque verſus Graeciam tenderet, cuncta belli clade involvens, ratus Diogenes minime ultra cunctandum eſſe, collecto exercitu, ad hoſtem perrexit, virtute militum, ac numero impar, commiſſo quoque temere praelio, ſuperatur cum caede ingenti ſuorum militum, captuſque ipſe in hujus regis pervenit manus, quem contumeliis multis affectum rex ita demum ludibrio habuit, ut, aſcenſurus in equum, arrogantia barbara, pedem ſiniſtrum ſuper ejus reſupina cer-

tore ſuo *Antigonia*, cujus proribus, vulgo *Iſuich.* mentio celebris, in hujus ſacrae expeditionis ſcri-

(37) QUALIS ESSET ASIAE STATUS. Non modo

cervice imponeret. Poſtea vero dimiſſus Diogenes, Byzantium rediens, a ſuis capitur, effoſſiſque oculis, et abrogato imperio, miſera illi vita relinquitur, indignantibus cunctis tot millia hominum ei parere, quem tanto dedecore barbari affeciſſent.

Perſae autem poſt partam victoriam, ſecunda uſi fortuna, Coeleſyriam, Ciliciam, Pamphyliam, Lyciam, Cappadociam, Bithyniam, et magnam partem minoris Aſiae ſubegerunt, infenſi valde Chriſtiano nomini, quod Maümeti lege dediti erant. Itaque multi necati ab his Chriſtiani, captivi multi in Perſiam ducti, reliqui vero, qui ſupererant, vel abiere in barbaros mores, vel fidem ſervantes, multa infanda paſſi ſunt. At, ubi rex diſcedere ſtatuit, quoſdam reliquit cum parte exercitus, qui partum dominium tutarentur, cuique tradens certas provincias, quibus praeeſſet. Ejuſmodi cladis a Perſis profectae quamquam Judaea expers fuerat, par tamen fere immanitas Chriſtianos homines ibi premebat. Siquidem rex Aegyptius Haliſa nomine, Maümeti perfidiae ſummus pontifex ſub ſuo imperio eam tenens, maxime oderat eos omnes,

H

modo praeſens hic Aſiae ſtatus, dum eam peregrini inſederunt, ſed et a declinatione Romani Imperii ex *Jacobo Vitriaco* Cardinale Lib. I. Hiſt. Orient. explicari poſſunt, et a *Tyrio* Lib. I. Porro *Diogenes* co-

mnes, qui ſe Chriſtianos ferebantur. Nec ullum erat injuriae genus, quod hi creberrime non ſubirent, improbi habiti, et a cunctis deſpecti. Nec ipſis Aegyptiis Perſarum adventus laetus fuerat, eorum potentiam formidantibus. Proinde ab ipſo initio haud aegre tulerunt noſtrorum in Aſiam profectionem, ubi eos cum Perſis bello implicitos accepere, rati, pares vires ſimul congreſſas, vel abſumpturas ſe invicem; vel, ſiqua partium victrix evaſerit, eam bello attenuatam minus finitimis formidabile fore. Nec metus dumtaxat inviſos Perſas Aegyptiis fecerat; ſed religionis diſſenſio: quamvis enim eundem colerent erroris principem, tamen in multis diverſa opinabantur. Ea tunc erat rerum conditio per ipſam Aſiam, cum noſtri exercitus trajecerunt. Tertiuſque ab eo Diogene regnabat princeps, qui Nichophorum, cujus ipſe fuerat miniſter, privatum imperio nexum tenebat. Bithyniam vero, ac vicinas provincias regebat quidam Solimanus nomine, a rege avunculo illis praefectus, vir inter ſuos plurimum praeſtans, militarium, duciſque artium nequaquam expers. Is certior factus,

tot

cognomento eſt *Romanus* *Perſarum*, *et Aſſyriorum*
Tyrio Cap. IX. et *Beſpheth* *potentiſſimus Satrapa*: ibi-
Noſtri, illi vocatur *Belpheth* dem loci.
ex *ultimis finibus Orientis*,

tot armatos in unum coire, ut terreſtri itinere Syriam peterent, nec hos aliunde, quam per ſuam provinciam profecturos, exiſtimans, bellum ſibi haud dubie imminere, coëgerat undique magnum exercitum, cujus pars maxima equites erant, quo praeparatus, munituſque vim impendentem ſuſtineret.

Sed redeo jam, unde fueram digreſſus. Ex iis militibus, qui mare tranſiverant, ac duos menſes in iiſdem locis quieti ſteterant, multi tandem infenſi ocio praedatum ire decreverunt, rati, ſe tuto per agros vicinos vagari poſſe, quod, Solimanum cum majoribus copiis adhuc abeſſe, audiebant. Igitur invitis principibus multi milites (38) caſtris egreſſi populabundi per hoſtium agros diſcurrunt, ac (nullo prorſus obſiſtere auſo) praeda ingenti potiuntur. Quorum felix temeritas aliis animos cum feciſſet, qui et ipſi non aequo animo quietem agebant, ſeptem millia peditum cum trecentis equitibus praedatum profecti, Nicaeam uſque proceſſere, cum magna omnium, qua tranſibant, clade, direptiſque circa urbem pagis, atque incenſis, praeda ditati caſtra repetivere.

H 2 Tum

(38) INVITIS PRINCIPIBUS. Imo, et abſente *Petro*, qui *Conſtantinopolim* profectus erat, ut *allevaret rerum venalium pretia*, ait *Tyrius* [Lib. I. Cap. XXIII. *Alb. Aquenſis* Lib. I. Cap. XIX.]

Tum vero reliqui velut furiis agitati, quo libitum erat, vagabantur: quos inter tria millia peditum, qui fere omnes Germani erant, gravius opus aggrediuntur: vagati enim prope Nicaeam ſub ipſis montibus, qui eam circumſtant, oppidum obſedere (39) non longe ab ipſa urbe diſtans: quod magno impetu expugnare adorti, quamvis enixe oppidani reſiſterent, demum cepere, omnibus pene, qui erant intus, gladio caeſis, captique regionis amoenitate ibi venturas copias expectabant. Quod ubi Solimanus intellexit, jam enim non procul cum exercitu erat, ulciſci properans cladem acceptam, itineribus magnis ad eos contendit. Cujus adventu Germani attoniti, qui praeter ſpem in hoſtes inciderant, deficere animis, per vias oppidi velut amentes curſare, tumultuari ad invicem, modo ad defendendum ſe accingere, modo fugam meditari. Cum vero ſubire muros viderunt hoſtem, ac totis viribus oppidum aggredi, tum omnes trepidi muros conſcendunt, animo, ac viribus Perſis impares, ne primum impetum ferentes, vel caeſi ſunt (40) in

(39) OPPIDUM OBSEDERE. Id oppidum vacuum repertum incolis, et nomen ei *Exerogorgo* ponit *Robertus Monachus* Lib. I. pag. 33. Eadem *Guibertus Abbas* Lib. II. Hiſt. Hieroſolymit. Cap. X.

(40) VEL CAESI SUNT. Imo primo valide

in ipſis muris, vel ſe ex ipſis praecipitantes; fugae, aut latebrae locum quaerebant. Quos perſequentes undique hoſtes, qui jam intus irruperant, omnes ad unum occiderunt, avulſa humeris capita ſupra pila geſtantes, tantum ira ob detrimentum acceptum, et in Chriſtianos inexplicabile odium praeter ſaevitiam inſitam eos commoverat. Ea res delata in caſtris tumultum ingentem, ac luctum fecit. Nam turba (41) humilior irae, ac doloris impatiens, ob indignum caſum ſuorum ſeditioſe inſtabat, ut abſque mora graves de hoſtibus ſumerent poenas. At ſapiens quiſque periculoſum exiſtimans cum iis confligere, quorum numerus, vireſque inexplicatae adhuc eſſent, ac tutius ratus in aliud tempus ultionem differre, quum ſcilicet majores duces cum illis eſſent, quos jam adventare fama erat, rem trahi ſuadebat. Sed, cum nihilo ſegnius reliqui tenderent, acres nacti ſeditiones duces, qui recuſantes pro cautis timidos, pro cunctatoribus ſegnes arguebant; nec procul a rixa res abeſſet: tandem pars major meliorem vicit, veritam quippe, ne ta-

lide defenderunt muros. Tum jactu frequentiſſimo ſagittarum, inde cedere coacti, ad praeſidium ſe receperunt, quod Turci aggeſtis undique lignis combuſſere, *Albert Aquenſ*. Lib. I. Cap. XVIII.

(41) TURBA HUMILIOR. Autor illatae a Tur-

talis diſſenſio gravius malum excitaret. Itaque principes ipſi dant reliquis manus, expeditionem in hoſtes confeſtim praeparant, praeſidioque in caſtris relicto cum inſtructo exercitu Nicaeam petunt. Solimanus autem hujuſce rei certior factus, (ſic enim praemiſſi exploratores retulerant) putans, proſperae pugnae occaſionem dari, qua tranſiturum ſciebat hoſtem, cum ſuis properat: cumque ad ſilvam veniſſet, quae inter urbem, et caſtra noſtrorum ferme in medio itineris erat, ibi equites in inſidiis locat, monens, ne prius hoſtes invaderent, quam ejus nuncius, id ipſum jubens, ad eos veniſſet. Deinde cum aliis retrocedens, in patentibus campis poſuit caſtra, putans, hos maxime aptos ad pugnam fore, quod equitatu praevalebat. Interea noſtri, non explorato itinere, in ſilvis latentes cum praeteriſſent, conſpecto procul hoſtium agmine, ſe ad pugnam expediunt, neque ignari, vim Perſarum in equitibus eſſe, in fronte, cornibuſque ſuum equitatum diſponunt, cujus latera ſagittarii, leviſque armaturae pedites cingebant, ad id apte

Turcis, et acceptae cladis vindicandae, *Godefredus Burellius* importunis clamoribus duces ipſos a Petro cum imperio relictos, plebe adjutius inſaniente, in aciem evocavit. Duces autem fuere *Reinoldus*

apte locati, ut ſcilicet pugnantes hoſtes ab apertis lateribus ſagittis, ac telis inceſſerent, reliqui pedites in ſubſidiis poſiti. Barbari vero, cum ſatis ante ſtruxiſſent aciem, mille paſſus longe a caſtris, in medium campum proceſſere, non ultra tendentes, ut hoſtes a ſilvis, montibuſque magis remotos, ſuis copiis circumdarent. Propinquantibus noſtris cum utrinque tubae, cornuaque cecinissent, inter ſe acies clamore ſublato conflixere. Summa vi pugnabant milites, et duces hortabantur. Noſtris facile ſuaſum erat non modo pro gloria, ſed pro ſalute id eſſe certamen, quibus mare a tergo viam in Graeciam clauderet, et in hoſtili ſolo nuſquam tutum refugium eſſet. Itaque decreverant animo mortem potius honeſte appetere, quam cum dedecore vitam, aut libertatem amittere. Igitur licet numero impares, vehementer annixi movere loco hoſtium aciem; quam ubi Solimanus vidit turbatam, ſubſidium ſuis laborantibus mittens, jubet equitibus, qui in cornibus erant, ubi his extenſis undique hoſtes circumdarent: quod erat perfacile, cum longe numero praeſtarent, mi-

dus de Breis, Walterus Senſaveir, Walterus de Breteil, et Fulcherus Aurelienſis, Aquenſis Cap. XX. late *Tyrius* Lib. I. Cap. XXV. Omnes ſane hujus belli

miſitque ad equites nuntios, quos in ſilvis condiderat, ut terga hoſtium invaderent: quorum acceptus a noſtris clamor, impetuſque maxime fregit eorum animos, cum vix a fronte, cornibuſque pugnantes jam ſuſtinerent, et ſane in multis non aequa erat Chriſtianis pugna: nam pauci multos habebant hoſtes, et horum pars maxima ex equis certabat.

Novo etiam praelii genere a noſtris incognito, cum magno agmine denſo in hoſtem ruerent, modo rari, diſperſique nunc uno in loco, nunc in alio dimicarent, graves armis Chriſtianos eludentes. Accedebat praeterea, quod in vaſta planitie vagandi liberius poteſtatem habebant, noſtroſque omni ex parte circumdandi, ac diſſipandi protinus pedites, quorum pars major exercitus erat, qui haud parem cum ipſis in eo loco dimicationem habebant. Ab una item parte dux unus erat, ac miles duci maxime fidens, ab altera nemo praecellebat. Qui vero nobilitate, aut prudentia pollebant, munere ducum fungebantur. Ideoque non ſatis illis parebant milites, nec ipſi plerumque in idem conveniebant: quae res fre-

belli ſcriptores hac deſcriptione ſuperat longe *Accoltus Noſter*, nec a majeſtate *Q. Curtii Rufi* multum hic abeſt.

frequenter ingentium cladium cauſa fuit. In tanta rerum iniquitate ſtetiſſet tamen noſtrorum acies, vel ſaltem diutius fuiſſet pugnatum, ni hoſtis a tergo invaſiſſet. Is demum impetus fudit eos praeſertim, cum ibi nullum equeſtre praeſidium eſſet. Igitur noſtri effuſa fuga varias partes petiere: plurimi enim per montes nemoraque paulatim tutum latendi quaerebant locum: multi vero ad ipſa caſtra refugiebant. Hos undique hoſtes conſectati magnum eorum numerum conciderunt, caſtris quoque ad extremum potiti. Cecidere de noſtris quindecim (42) millia ferme hominum, ex barbaris vero ad duo millia. Non procul a caſtris in littore maris caſtellum erat jam diu ab incolis ejus deſertum: in eo pedites multi ex fuga collecti ſe incluſere, tumultuarie illud munientes. Ad

 quos

(42) QUINDECIM FERME MILLIA. Unde tam exilem numerum caeſorum a Solymano acceperit, ignoro: nam *Tyrius*, quem unum maxime ſibi imitandum propoſuit, longe aliter loco proxime laudato: nam, cum dixiſſet, duces jam nominatos paulo ſuperius caeſos, ſubdit; *de viginti quinque millibus peditum, et quingentorum numero equitum vix vel unus ſuperfuit, qui aut mortem effugerit, aut vincula.* Ac *ducum* caſus ſic ſe habet: *Walterus de Senſaveir trans loricam, et praecordia ſeptem ſagittis infixus, occubuit. Reinoldus de Breis, et Folkerus Carnutenſis* (ſive ut antea, Aurelienſis) *ſimili mar-*

quos opprimendos cum barbari maturaſſent, neque obſeſſi tuendi ſe ſpem, vel evadendi, haberent, Petrus Heremita, omnium, quae acciderant, prorſus ignarus, quia Byzantium erat profectus, interim ejus cladis admonitus, et, quo in periculo ii eſſent, quos barbari obſidebant, principem adiens cum gemitu petiit, ut opem ferret miſeris illis, qua impendentibus malis eriperentur. His Imperator precibus motus miſit ad Perſas quoſdam homines, qui ſolvere obſidionem juberent. Hi veriti, ne, re negata, ipſum quoque haberent hoſtem, (43) relicto caſtello, abierunt. Per hunc modum liberati Chriſtiani una cum aliis, qui erant reliquiae infelicis exercitus, Conſtantinopolim repetunt. Neque enim tam pauci tutam habebant trans fretum moram.

Inter haec ſacerdos quidam, (44) Codeſcaus nomine, Petri virtutem aemulatus, peragrata

martyrio ab hoſtibus conſumpti ceciderunt, ait *Aquenſis* Cap. XXII.

(43) RELICTO CASTELLO. Eadem *Tyrius* pene verborim Cap. XXVI. Modus autem obſeſſis nocendi hic erat: *ſagittas in altum intorquebant* (Turci), *ut, ab aethere revertentes, in verticem, et in corpora incluſorum corruentes, miſellos extinguerent.* Aquenſis ibid.

(44) CODESCAUS. Ineptiſſime a *Mariano Sanuto* Torſellio in Secret. Fidel. Cruc. *Condeſcauſcus* vocatur Lib. III. parte IV. Cap. VI. [pag. 134.] Aliis eſt *Godeſchalcus*, ut *Aquenſi* Cap. XXIV. qui ei *Teutoni-*

grata Germania, unde illi origo erat, monendo, exhortandoque homines, ut ſacrae militiae curam ſuſciperent, ingentem numerum armatorum coëgerat. Cui (45) Pannoniae fines ingreſſo jubet Calemanus commeatum dari, quo ſe, ac ſuos alere poſſet, minime ſuſpicans, magna ex parte finitimos aliquid novi molituros: ſed longe aliter ſibi evenit; (46) Germani enim ad praedam verſi, regii moniti parum memores, paſſim ubique populabantur.

tonicus natione, et [*incola fluminis*] *Rheni* dicitur. Communior appellatio eſt *Godeſcalcus*, Tyrius Cap. XXVII. *Abbas Veſpergenſis* in Chronico [pag. 227. et ſeqq.] *Godeſcalcum*, et *Volckmarum* presbyteros hanc expeditionem adornaſſe, ſcribit, prius tamen ingenti Judaeorum laniena facta.

(45) PANNONIAE FINES INGRESSO. Conſentit *Tyrius*, qui loco laudato, Godeſcalcum cum *quindecim millibus* in Hungariae fines admiſſum, ſcribit. *Noſter* paulo infra hic *25.millia*, neſcio quo auctore, enumerat. Diſcrepant alii, et penitiora regni loca penetrata, antequam praedam agere, aut petulanter ſe gerere incepiſſent, contendunt. Sed *Accolti* verior Hiſtoria, et a Germanis autoribus confirmata: locus enim, quo admiſſi, porta *Meſeburg* dictus, *Arnold. Lubecenſ.* Cap. III. Lib. II. Concors ei *Aquenſis* loco citato, *Uſpergenſi* [pag. 228.] eſt *Weiſſenburg*. *Ottoni Friſingenſi* eſt *Porta Meſia* Lib. I. de rebus geſtis Friderici Imperatoris Cap. XXXII.

(46) GERMANI AD PRAEDAM VERSI. Alii

Id praeter ſpem regis commiſſum, et demum illi cognitum facinus impulit eum, exercitum cogere, ut bello injuriam perſequeretur. Has regis copias cum Germani vidiſſent, haud dubie rati ad ſuam perniciem illas pergere, nullam cernentes, niſi in armis, dexteraque ſalutem, ſe ad praelium praeparant. At regis praefecti non vi, ſed dolo agendum putantes, ne ſe fortunae temeritati committerent, miſere nuntios, qui Germanis referrent in eorum arbitrio eſſe, pacem, an bellum cum ipſis malint. Compertum enim regi eſſe, tuliſſe graviter exercitus principes, quod milites quidam praedas egiſſent, pluriſque fieri ab eo illorum reſpectum, quam multitudinis temeritatem, quae ab hujuſcemodi malis arceri nequit, ac nihil aliud ipſum petere, quam ut, poſitis armis, amice (ut decet) rem componat. Id vero aliter fieri non poſſe, quam ſi regis arbitrio ſe permittant, ipſum enim, cum ſit mitis, recte omnia compoſiturum, poenam facinoris non quaerentem, ſed ne ſui gravi damno affi-

hoc facinus in *Suevorum ebrietatem* rejiciunt, *Aquenſis* loco proxime laudato. Nec aliud voluit *Tyrius*, alimentorum opulentia abutentes, et ebrietati vacantes. De Suevis multa *Tacitus* libello de Moribus Germanorum [Cap. XXXVIII.] *Horum omnium gentes* LIV. facit *Paulus Oroſius* [Lib. I. Cap. XIV.] De hodierno ſtatu, quod ſint *Caſſubii*, *Poloni*, et

afficiantur. Et eos interim daturos operam, ut commeatum affatim habeant.

Id vero conſilium non modo tutum, ſed neceſſarium illis eſſe, quibus, invito rege, nec ad ſuos reditus, nec ultra pergentibus exitus pateat, manentibus vero in iiſdem locis, exitium certum ob rerum inopiam imminere.

Igitur dum adeſt facultas, debere ſibi eos proſpicere, ne malum conſilium poenitentia ſera tandem ſequatur. Ejuſmodi verbis moti duces, rem ad conſilium comitum deferunt, eaque multum diſcuſſa, tandem regi parere ſtatuunt, cum quia negantibus pericula certa proponebantur, tum etiam quia verbis, et rei abeſſe fraudem cenſebant, regis virtuti maxime fiſi, qui bonus, et prudens habebatur.

Igitur, fide accepta, dataque, cum arma depoſuiſſent, ac paſſim per agros abſque metu vagarentur, dato ſigno, regii milites eos adorti, tantam de illis fecere caedem, ut ex quinque et viginti hominum millibus (tot enim fuerunt) vix tria millia in tutum evaſerint, qui omnes in patriam ſuam rediere. Hunc exitum habuit Germanorum exercitus, Codeſcai ſtudio,

et *Pomerani*, Jacobus Monavius Epiſtola ad Ortelium. Regionem *Gepidos* inſediſſe Commentariis ad *Cldudianum* dixi. Abunde *Wolfgangus Lazius* Lib. VIII. Migrat Gent. et alibi.

dio, induſtriaque contractus. Poſt (47) hos multitudo ingens ex Gallis, Germaniſque iter incepit, nullum habens praecipuum ducem, licet multi homines clari cum illa eſſent. Qui omnes Franchoniam, Bavariamque tranſgreſſi, ad Ungariam venientes, ſeptum iter offendunt. Nam qua ea regio ſpectat Germaniam, ubi non multum proceſſeris, ex latere uno Danubius amnis, (48) ex altero paludes immenſae viam angu-

(47) POST HOS MULTITUDO. Maxima pars hujus exercitus ex *Judaeis* conſtabat: nam laniena Moguntiae in eos incepta, cum ſine ulla miſericordia in illos foret ſaevitum, multi timore mortis verius, quam *Chriſtiani* nominis amore ſacro fonte abluti, in piam expeditionem rapti. Ultimae hujus per Alemanniam inconditae, et turbulentae expeditionis duces fuere *Emico* comes Alemanniae, ut vult *Aquenſis* Lib. II. Cap. I. etc. Diſſentit ab eo non leviter *Tyrius*, qui ſic habet Cap. XXIX. *Convenerant eodem ſtudio ex Occidentalibus finibus turbae innumerabiles, et peditum manus infinita abſque duce, et rectore [paſſim et imprudenter incedentes], erant tamen inter eos viri quidam nobiles Thomas de Feria, Clarenbaldus de Vendoliolo, Wilhelmus Carpetarius, Comes Hermannus [et alii nonnulli.]* His poſtmodum inter Coloniam, et Moguntiam ſe, voceſque ſuas non leves adjunxit comes *Emico*, vulgo *Alemaniae* dictus, vel *Leivingenſis* ad Rhenum, de quo *Aventinus* Lib. V. [pag. 468.] *Otto Friſingenſis* Lib. VII. Cap. II.

(48) EX ALTERO PA-

anguſtam ad tranſeundum relinquunt. In ea vero arx magna, et munitiſſima erat, ex qua facile quivis exercitus, ne ultra tenderet, impediebatur.

Rex igitur, ubi accepit, tot ſimul copias Pannoniam petere, ſibi ac ſuis metuens ob priorum facinora, et tandem Germanis illatam cladem, praemiſit magnum militum numerum, qui arcem, viamque cuſtodirent. Ingens praeterea manus equitum, peditumque aquam tranſgreſſa, praerupta, et arcta inſederat loca, per quae ab illis eundum erat.

Quibus conſpectis, cum Galli, Germanique conſtitiſſent, percontatum miſere, num eis iter negaretur: quibus reſpondent regis praefecti, regem, priſtinis malis edoctum, ſtatuiſſe, ne cui exercitui per ejus regnum aditus pateat; itaque ſi tranſire conentur, ſe armis impedituros. Tali reſponſo accenſi omnes, eo quidam ardentius, quo ſunt Gallorum ingenia, Germanorumque ad iram prona, confeſtim ſe ad pugnam expediunt, ferro viam facturi, quando aliter nequirent.

Progreſſi ergo adverſus Hunnos, acerrime manus cum illis conſerunt, et cum pugnando, refugiendoque ſenſim patentiorem in locum

PALUDES. Stagnant hic *rius*, et *Aquenſis* locis *Danubius*, et *Lintax. Ty.* laudatis.

cum traxiſſent eos, majore impetu pugnam cientes, adverſarios fundunt, fugantque, multis ex eis interfectis. Deinde, ſpatio aliquorum dierum pontibus ſupra paludes factis, et ſcalis multis praeparatis, arcem aggrediuntur, tantumque recens victoria eos extulerat, aliis vero injecerat metum, ut qui erant in arce, brevi ſpatio illam tutantes, tandem pene defenſionem desererent. Adverſarii vero ſcandentes muros, ab imoque illos ſubruentes, jam plane victores viderentur; ſed brevi momento quid in bellis poſſet fortuna, ſatis apparuit. Nam pondere armatorum pontes quidam ruentes, et ſcalae plurimae ſimul confractae ingentem hominum ſtragem fecerunt, ob quem ſubitum caſum, tantus terror omnes invaſit, ut velut victi trans paludes refugerent, quorum pavore animadverſo, exeuntes de arce regii, multos ex illis peremerunt, plurimi quoque in paludibus merſi periere.

Hoc accepto incommodo, et ſpe omiſſa iter inceptum proſequendi, Germani domum, Italiam Galli petiere. Qui certiores facti, multos ex Gallia in Apuliam tranſgredi, quo inde cum claſſe in Graeciam tenderent, eo profecti, ſocia illis junxerunt arma. (49) Quorum o-

(49) QUORUM O- MNIUM DUCES. Belli hujus ſacri duces praecipuos initio narrationis ſcriptores

omnium duces erant legatus Pontificis Nicenſis praeſul, Ugo regis Francorum frater, et duo ſimul praeſtantes viri, quorum alter Normandiae provinciae, alter Flandriae dominabatur. His quoque ſe addiderat comitem divi Egidii urbis princeps, qui Chriſtianam ſalutem, quam ipſas opes potiorem ducens, patrimonia ſua venundederat, quo expeditius, cumulatiuſque Chriſti obſequio inhaereret.

Eo tempore (50) Boamundus Roberti Guiſcardi filius, Tarenti, Apuliaeque principatum habebat, adverſus finitimos bellum gerens, cujus in hoc bello, quod ſcribimus, cum praeclarum fuerit nomen, non ab re viſum eſt paucis tanti viri originem tradere. Hujus parens Robertus nomine, Niccardi Normandiae ducis filius fuit, fratremque habens majorem natu, cui et more, atque uſu majorum, paternum imperium debebatur, ſtatuit ſe objectare periculis, ut gloriam ſibi, et opes compararet. Itaque in Apuliam pergens, quae tum Roberto cuidam parebat, cum finitimis bellum gerenti, mi-

ptores alii, in limine laudati, enumerant, et virorum illuſtrium Catalogum *Jacobus Bongarſius* contexuit, cui nihil addendum.

(50) BOAMUNDUS ROBERTI. Omnia iſta, quae hic eleganter *Noſter* arctat, fuſe petenda ſunt ab hiſtorica fide, et nuper *Pa-*

les ab eo eſt conductus. Cumque ingenio, manuque rarae virtutis dediſſet ſpecimen, ipſi Roberto maxime carus eſt effectus, et ampliſſimis donatus donis. Tandem in Galliam ad ſuos rediit. Quem clarum factum videntes multi, audienteſque narrantem illum Apuliae opes, magna cupidine capti ſunt eandem fortunam experiundi. Plurimi ergo viri nobiles, Robertum ipſum ſecuti ducem, qui jam majora verſabat animo, in ipſam Apuliam tranſiere; cumque regionis principi Robertus ipſe adverſus hoſtes egregiam navaſſet operam, ac bella quaedam feliciter confeciſſet, gener ab illo eſt adſcitus, cui orbato virili ſobole, filia unica erat ſuperſtes. Et, eo demum vita functo, Robertus Guiſcardus principatum ſuſcepit, neque contentus parto imperio, vicinas provincias armis perdomitas parere ſibi tandem coëgit. Nactus deinde ſuo ingenio materiam parem, Graeco Imperatori bellum intulit, cupidus maxime Siciliae potiundae, quae freto anguſto a ſuis finibus diſtincta erat, eam tenebat

Pariſiis, ut audio, prodierunt duo volumina *Hiſtoriae Normanicae*, quae non vidi. Conſulatur *Gaufridus de Malaterra* Monachus *de Geſtis Viſcardi*. Nec magni cenſeo eſſe momenti *Epiſtolam* Increpatoriam ad Laurentium Montinum *De Reipublicae Venetae*

bat Imperator jam dictus, non multo ante vi, atque armis occupatam: quo poſt varios caſus, egregie ſuperato, coactoque deſerere inſulam, ipſe in ea regium nomen eſt adeptus. Nec minus pacis, quam belli artibus praeſtans, quaeſitum regnum clementia, liberalitate, juſtitia ſtabilivit, malens carus eſſe, quam metui, ac tutius putans virtute, amicisque munire imperium, quam terrore ſevitiae, vel ſatellitum copia, in quibus vanum eſſe praeſidium multorum exitus oſtenderunt.

Huic Roberto tandem defuncto, poſt multas res, tum bello, tum pace praeleare geſtas, filii duo ſucceſſere, quorum alter Siciliam tenuit, alter Tarentum, atque Apuliam Boamundus nomine, qui (ut jam diximus) in adventu Gallorum cum quibuſdam finitimis bellum gerebat. Is militaribus artibus, magnitudine animi, atque ingenio patri perſimilis, ubi accepit, pro re tam celebri tot viros claros Apuliam petere, quo inde (51) Dirrachium applicarent, aliquandiu quid ipſe ageret,

 in-

netae in Mare Hadriaticum jure. Melior lectio *Gulielmi Apulienſis*, qui quatuor libris ſcripſit *De Rebus in Italia, et Regno Neapolitano Normanicis.* Porro *Boamundus iſte Antiochiae poſtea princeps.*

(51) DIRRACHIUM. *Epiri*, aut *Macedoniae* urbs

ſincertus fuit; nam procul a domo transferre arma, nondum pacatis vicinis hoſtibus, periculoſum cenſebat. Illa quoque ſuberat cura, quod credere ſe Graecorum fidei, non ſatis tutum exiſtimabat, cum parens ejus illorum principem Sicilia expuliſſet. Negligere vero fidei cauſam, cernentem alios ad ea pronos, flagitioſum, dedecoris plenum videbatur, praeſertim in eo, qui parentis virtutibus, ac ſimul ſuis tam clarus eſſet. Ea demum praevaluit ratio, ſuaſitque illi, honeſta utilibus anteponere.

Poſtquam ea ſententia ſtetit proficiſci omnino adverſus barbaros, concione militum advocata, in hunc modum locutus fertur.

„ Si apud eos habenda (52) eſſet oratio, „ quibus militiae labor, martis pericula igno„ ta eſſent, qui armis ocium, gloriae luxum „ anteferrent, vel apud viros minus forſan „ ſtudioſos mei, plurimis verbis nitendum fo„ ret,

urbs eſt, clade belli Civilis Romanis notiſſima. *Epidaurum* putant *Mela*, *Strabo*, *Plinius*, *Livius*, et *Dio* Lib. XLI. [pag. 175.] Negat *Appianus*, quem vide Lib. II. Civil. [Tom. II. pag. 451.] Non eſt *Velona*, ut quidam putant, ſed *Duzazzo*. Critici ad illud in Civilibus *Petronii* [Cap. CXXIV.]

Epidauria moenia quaere.

(52) SI APUD EOS HA-

" ret, ut vos una mecum ad opus praeclarum
" excitarem. Nunc vero vos tales viros intu-
" enti mihi pauca verba facienda ſunt. Quis
" enim putet, vobis militiam gravem eſſe, qui
" ſemper in illa verſati eſtis? aut vos aciem,
" ac tela horrere, qui fortiſſime dimicantes,
" hoſtem frequenter ſuperaſtis? vel nunc ab-
" jicere gloriae ſtudium, pro qua paranda
" nullum diſcrimen recuſaſtis? vel dignitatis
" oblitos meae, quae omnibus vobis vita ipſa
" carior fuit? Itaque ſpe maxima teneor, in
" re praeclara, de qua nunc diſſeram, vos
" meis votis non defuturos.

„ Convenere undique multi mortales, quo
" armis redimant Chriſti ſepulchrum, quod
" cum dedecore Chriſtiani nominis barbari
" hoſtes occuparunt; nec facile ratio iniri poſ-
" ſet, quot millia hominum ad id bellum ſe
" accinxerint, quibus communis religio, cu-
" piditas gloriae, animarum ſalus potior fuit,
" quam ea omnia, quae cariſſima vulgo eſſe
" ſolent. et quod magis mirandum puto, mul-
" tos ex eis eſſe ferunt penitus rudes milita-

HABENDA. Cultiſſima haec eſt *concio*, in qua *Accoltus* cum *veteribus* certat. Qui vero ſint *Boa-* *mundum* ſecuti ex Italia, aut aliis Occidentis provinciis, narrat *Tyrius* Lib. II. Cap. XIII. Nomina ſunt: *Tan-*

" rium rerum, ſub umbra, et tectis vivere ſo-
" litos. Hi arma induere, caſtrenſes labores
" aequo animo ferre, inſuetis periculis vitam
" exponere non dubitarunt, quibus tanto il-
" luſtrior accedet gloria, quanto majore ſpe
" omnium animo praeclarum facinus auſi
" ſunt.

" Hujuſmodi copiis praefecti ſunt clariſſi-
" mi duces, quorum opes, nomenque longe,
" ac late inter Chriſtianos patent. Nec eos
" magnitudo periculi, viae longinquitas, pro-
" poſitus labor, patriae charitas, liberique ab
" inſtituto revocarunt; ſed, ut fortiſſimos de-
" cet viros, putant his omnibus Chriſtianorum
" ſalutem eſſe praeferendam, ac ſatius fore
" cum magna gloria mortem oppetere, quam
" in hac luce cum ignominia, dedecoreque
" verſari. Ex his plerique ad hanc provin-
" ciam iter tendunt, claſſe in Graeciam tra-
" jecturi, quorum exemplo imprimis motus,
" meam, ac veſtram doleo vicem, quod in
" clariſſima cauſa, in communi omnium mo-
" tu, ſoli pene obtorpuimus: quod non modo
" viri praeſtantes, ſed infimi quoque ſtudio
" nos,

Tancredus, nepos ex ſorore Boamundi, Wilhelmi Comitis filius; *Richardus* phus ejus frater; *Robertus* de Principatu, nepos Roberti Viſcardi, et *Ranul*. *de*

„ nos, audaciaque vicerunt: quod priſtinae „ laudis ob hanc ſegnitiem jacturam feci„ mus.

„ Nam ſi quis objurgans, vel admonens „ forſan ita diceret.

„ Cum tu, Boamunde, tali parente fueris „ natus, quem virtus ingens ad tantas demum „ provexit opes: ſua aetate cunctis praeſtitit „ magnitudine animi, et rebus geſtis: cum„ que illi ſuccedens ita egeris, ut eo jam di„ gnus viderere, cur bellum, quod inſtat, „ ſolus omnium neglexiſti? cur parvas res „ Chriſtiano decori, et maximae laudi ante„ ponis? cur deliteſcis in hac provincia? vel „ tuas res tanti exiſtimas? cum caeteri, ſuis „ poſthabitis, tam magno animo Aſiam pe„ tant? Si te non movet eorum virtus, quo „ unquam exemplo excitabere? Si vicinos, „ quam barbaros mavis hoſtes, quid de te bo„ ni judicabunt? Si Chriſti cauſam ſolus de„ ſeris, neque divina humanis praeferes, qua „ ignominia enarraberis? Collige te aliquando, „ ne

de Anxa, *Hermannus de Carni*, *Robertus de Surda Valle*, *Robertus* filius Triſtani, *Humfredus* filius Rudolfi, *Richardus* filius Ranulphi, *Comes de Roſinolo* cum fratribus ſuis, *Boëlus Carnotenſis*, *Alberedus de Cagnano*, *Humfredus de Monte Scabioſo*. Hic

„ ne praeter ſpem timidus, vel tui oblitus „ videaris. Quid ita dicenti? quid, inquam, „ honeſte reſpondebo? Vos quoque, ſi hanc „ recuſetis militiam, quo jure cauſam veſtram „ tuebimini? divinone? At litterae ſacrae in „ primis jubent, ne in Deum amori, proxi- „ mumque, quicquam omnino praeferamus. „ Ideoque religionis defenſio, et eorum fide- „ lium, quos barbari opprimunt, non abſque „ ſcelere negligi poteſt. At nil putatur libe- „ ro homine dignius, quam virtutis certa- „ men, ac laudis, quo nullum honeſtius, „ aut majus, quam quod proponitur, eſſe „ poteſt. Nil vero eſt turpius praeſtanti ho- „ mini, quam committere, ut ab alio quo- „ libet inferiore, praeſertim religione, offi- „ cio, magnitudine animi victus videatur, et „ honeſto labori turpe ocium anteferre. Cum „ igitur tot mortales ceperint arma, quorum „ ſunt plurimi fama, et factis vobis impares; „ nonne turpiſſime cum infamia cunctabimi- „ ni? Vobis enim timoris, inertiae, luxuſque

„ ina-

Hic hiſce nobilibus comitatus ſub ſignis habens *decem millia equitum, et plurimas copias peditum Conſtantinopolim venit*, et tribus poſt Paſcha ſeptimanis Godefredo ſe junxit, *Aquenſis* Lib. II. Cap. XVIII.

" macula ſimul ſubeunda eſt. Vos cuncti reli-
" gionis hoſtes, in Deum ingratos pro tot bo-
" nis acceptis exiſtimabunt, neque hactenus
" veſtrum quempiam cupidine laudis, ſed ava-
" ritia coetum militaſſe, pluriſque facere vanas
" illecebras, quam gloriam, et immortalita-
" tem, quae merces laboris veſtri futura eſt.
" Ea vero quid majus, quid facilius, quid ma-
" gis optandum cenſeri debet?

" Proinde quaeſo, vos ſimul, et me ab hac
" ignominia vendicate. Nolite committere per
" veſtram ſocordiam, ut, aliis coelum quae-
" rentibus, nos ad inferos penetremus, et, do-
" nec vita erit ſuperſtes, tanti dedecoris exem-
" plum ſimus. Agite, ut decet fortes viros!
" Vovete mecum praeclaram militiam, et, vel-
" ut extremo virtutis opere, meum nomen,
" ac veſtrum aeternae memoriae conſecrate; ut
" me, parenteque meo milites digni videami-
" ni, utque intelligam rebus ipſis vos dignita-
" tem meam (quae mihi vita ipſa eſt carior)
" omnibus rebus anteferre, ac terrena deſpice-
" re, ut coeleſtia conſequamini. Qui enim
" ſtatus ſui, rationiſque memor divinitatem
" quaerit, non pecudis more ad terram pro-
" nus, hic plane ſapiens, hic juſtus homo,
" hic denique coelo dignus judicabitur. Ego
" vero ſpem habeo, Deum, pro cujus milita-
" bimus numine, ad patriam reditum, et de
" hoſte victoriam conceſſurum.

Vix finem dicendi fecerat, cum clamor militum, approbantium dicta, eſt ſublatus, pollicentiumque ſe ipſos laboris, ac periculi comites fore, confeſtimque omnes ducem ſecuti, crucis effigiem ſupra humeros tunicis ſuis inſuerunt. Multi etiam Siculi, et Calabri, necnon ex aliis finitimis locis Boamundo duci conjuncti ſunt. Qui, pace facta cum hoſtibus (quanquam bello erat ſuperior) moram magis, quam aliud metuens, et, ne per ſuam abſentiam novi motus orirentur, validam claſſem parare inſtituit, cum qua exercitum traduceret. Inter haec Galliae regis frater, (53) habens nonnullos ex his comites, de quibus jam memoriam fecimus, cum in Apuliam perveniſſet, paratas ante conſcendens naves, Dirrachium cum exercitu appulit: deinde cum paucis urbem ingreſſus, a praefecto Imperatoris cum illis capitur, Byzantiumque tranſmiſſus eſt. Cauſam vero ejuſce fraudis eam ferebant, quod ſcilicet Imperator adventu tot principum anxius, timens, ne, Aſia ſubacta, cum iis poſtea foret certandum, Graecum imperium affectantibus, de-

(53) GALLIAE REGIS FRATER. *Hugo* eſt cognomento *Magnus*, *Philippi Regis frater*, cujus ſtemma ſatis indiligenter collectum habes apud *Henricum Huntindonienſem* Lib. VI. Hiſt. qui tamen falſo eum Anno MXCV. in Syriam profectum vult. Error eſt in uno tantum anno. Alexius Imperator regno

decreverat protinus eos cogere, ut quas caperent de hoſte provincias, teneri ab eo pollicerentur, atque idipſum jurejurando affirmarent. Et quoniam Hugo maximi regis erat frater, hunc praecipue ſuſpectum habebat, captumque illum ad ſe adduci maxime laetus audierat, exiſtimans, reliquos deſiderio tanti viri ad ſibi parendum proniores fore. Copiae tamen, quas Hugo duxerat, amice, hoſpitaliterque ſuſceptae ſunt.

regno ſuo metuens in cuſtodiam conjecit, unaque eum illo *Drogonem*, et *Clareboldum*, ſed inſtante Godefredo, liberos dimiſit, *Aquenſis* Lib. II. Cap. VII. et Cap. IX. aliique hujus belli ſcriptores.

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

BENEDICTI ACCOLTI

DE BELLO A CHRISTIANIS CONTRA BARBAROS GESTO

Pro Chriſti Sepulchro, et Judaea recuperandis.

LIBER SECUNDUS.

BIBLIOTECA NA. ROMA VITTORIO EM.

LIBRI SECUNDI
ARGUMENTUM
GEORGII CONAEI SCOTI.

OBſide fratre dato, Gothefredus praeterit Hunnos,
Convenit, et Graecum, juratur Alexius, Hellen.
Tranſmittunt Turmae, aſpectant Chalcedona foſſa.
Appulus appellit, Nicaeaque clauditur armis.
Victus Perſa fugit, cedit belloque maliſque
Urbs domita. Inſtaurans Solymanus praelia damno
Pellitur ingenti. Tarſusque aperitur, et ira
Tancredi. Armeni ſubduntur, et ora Syrorum
Tangitur. Ad Pontem Gothefredus fatur Orontis.

BE-

BENEDICTI ACCOLTI DE BELLO SACRO.

LIBER SECUNDUS.

GOFFREDUM ducem, (1) profectioni ſtudentem, cauſae quaedam morabantur. Illa vero fuit praecipua, quod longe major virorum manus eum ſecuta fuit ducem, quam hi fuiſſent, qui hunc praegreſſos vario tempore ſecuti erant. Itaque neceſſe fuit, non parvam partem aeſtatis labi, priuſquam copiae convenirent, praeſertim ob quoſdam, qui in ipſo apparatu lente admodum ſe habuerant, licet

(1) GOFFREDUM DUCEM. Recte, nam ita in itinere venerat, ut Chriſtianarum copiarum *Dux* eſſet, obſidione finita *Rex* crearetur. Ridenda eſt inſolentia futilis Scriptoris *Henrici Huntindonenſis*, qui Lib. VII. pag. 215. haec habet: *Paraverunt ſex acies, primam ducebat dux invictus Normanorum, is eſt Robertus Wilhelmi Anglorum Regis frater, quem ipſi Goffredo praeponit; ſecundam dux Gothefredus Alemanorum, tertiam Reimundus ſcilicet comes S. Aegidii; quartam Robertus Flandriae decus;*

cet crebro admoniti, ne hominum expectationi deeſſent, ne tali exemplo hebetiores alios ad bellum facerent, neve in id tempus differrent iter, quod incommodum eſſet futurum, vel impediret profectionem.

In medio demum Auguſti menſis, cum exſpectati, praeter admodum paucos, coiſſent omnes, movens Goffredus cum ingenti exercitu ad eos Auſtriae venit fines, quos Hyſter fluvius ab Ungaria dividit. Ibi comperta illorum clade, qui per Pannoniam iter fecerunt, audienſque, alios multos tranſire vetitos, et eo animo regem eſſe, ut eos tranſire non ſit laturus, (2) ſtatuit non prius ultra procedere, quam flectere illum niteretur, putans rem magni

tus; quintam Podienſis Epiſcopus; ſextam cum Tankredo Boamundus. Malevolus ſcriptor praepoſuit duci vero ſuum principem, et Hugonem magnum regis Franciae fratrem omittit, qui tamen a *Roberto Monacho* Lib. II. Hiſt. Hieroſolymit. pag. 35. vocatur ſignifer, et dux tantae militiae, et hoc eodem libro apud *Noſtrum: Ducit Robertus ille tantum unum exercitum ſub Boamundo*, qui et ille imperio Gothefredi ſuberat.

(2) STATUIT NON PRIUS. Legatio iſta Godefredi ad Kalomanum Hungariae regem ex *Tyrio*, *Aquenſi*, *Marino Sanuto* Secr. fidel. Cruc. Lib. III. Part. IV. Cap. IX. [pag. 136. petenda eſt,] qui eum appuliſſe *ad limitem Hungariae, et Auſtriae, villam Tollieborc die* 20. *Septembris* ſcribit.

gni certaminis, ac periculi fore, ſi ferro iter aperiendum eſſet. Nam qua traducendus erat miles, interſunt Savus, et Arabon (3) lati amnes, atque altiſſimi, ad quorum tranſitum, rege invito, ingens labor, periculumque proponebatur, cenſebatque alienum eſſe a ſuis coeptis, quod cum rege Chriſtiano bellum paci praelatum mallet.

Igitur miſſi ab eo legati, cum tutum iter, et commeatum peterent, invectus rex in eorum perfidiam, qui prius tranſiverant, reſpondit: illorum ſcelus documentum ſalubre ſibi dediſſe, ne temere cujuſquam fidei crederet; ſe tamen tanti Goffredum facere ob ſuas virtutes, quas magnas eſſe fama acceperit, ut eum videre, ac ſecum loqui maxime cupiat, et ſpem prope certam illi eſſe, ſi ſimul ambo conveniant, aequam concordiam iniri poſſe. Cum hoc reſponſo, dimiſſis legatis, quo major adeſſet fides, nuntios ipſe in caſtra miſit, qui ferme idem ſignificarent. Quod ubi accepit Goffredus, anceps animo, quidnam ageret, ob notam regis in alios fraudem, quos, in fidem

(3) ARABON. Hic aliis *Arrabo* audit, ſed et *Narrabo*, teſte Wolfgango Lazio. Hungariae, ſeu Pannoniae notiſſimus fluvius, ut author Wernherus. Νάραβον *Narabon* Ptolemaei eſt: in *Itinerario Antonini*, quod vere Scoti Anonymi eſt, *Arrabona*, eo tractu deprehenditur; ſed urbs, ut docti exiſti-

dem receptos, ejus milites foede peremerant, rem ad conſilium ſuorum defert, qui hortati ſunt eum, ne ire ad regem gravaretur; neque enim ita eum amentem eſſe, ut, nullo propoſito ſceleris praemio, in ipſum ſaeviret, praeſertim quia tali facinore cunctorum odia ſibi excitarentur. Caeſos vero a ſuis copiis, latrocinio, perfidiaque cladem ſibi maturaſſe, quamvis etiam incertum ſit, utrum illud facinus, jubente rege, patratum fuerit. Ergo iret, Deo propitio, nequa detur occaſio viam protinus negandi.

Hoc probato conſilio cum trecentis equitibus profectus, honorifice, ac miro applauſu a rege excipitur, quem ſua ſpe mitiorem repertum, adduxit facile, ut, receptis obſidibus, tranſitum ſibi, ac ſuis daret. Per hunc modum, re compoſita, Goffredus ad ſuos cum ſe recepiſſet, tranſmiſſis propere pactis obſidibus, in Ungariam ducit, benigneque per eam ſuſceptus, ubi ad oppidum Malavillam pervenit, quod in finibus Regni erat ſitum, ibi aliquot dies ſtativa habuit, adventum operiens obſidum,

exiſtimant, vulgo *Laurinum*, cum amnis vulgo ſit, *Rab.* Nec deſunt literati, qui eum ex Haemo monte ortum in Septentrionem fluere velint, eſſeque eundem cum eo, qui ἄυρας ab Herodoto Melpomene dicatur: denique diligentiſſimus *Ortelius* Taciti ex Lib. II. Ann. Cap. LXIII. *Cruſum*, ut *Beatus Rhenanus* reſtituit

dum, utque interim naves pro tranſitu fluminis cogerentur: quas poſtquam paratas accepit eſſe, reductoſque in caſtris obſides, tria millia militum flumen tranſire, adverſamque ripam tenere juſſit, donec aliae copiae traducerentur, veritus, ne qui trans amnem erant populi, tumultum reliquis tranſeuntibus facerent. Ipſe deinde tranſgreſſus flumen, prope Belgravem poſuit caſtra, exploratiſque itineribus, movens, ubique quieta omnia, et commeatum reperit. Cumque prope Byzantium perveniſſet, Hugonem, accepit, captum teneri, ut petitam daret fidem, et in verba Imperatoris juraret. Quod ſimul cum aliis aegre paſſus, dubitanſque, ne hoc exemplo Chriſtiani a coeptis averterentur, nuntios miſit Imperatori, qui captos dimitti quamprimum peterent. Quo id negante, aliquid ſibi conandum ratus, ut metu cogeret ipſum principem*, partem exercitus praedatum ire per agros juſſit. Ea militum manus late vagata, terrorem ſimul, et praedam faciens, multos agreſtes in urbe compulit, quorum fuga, trepidatioque cum totam

ſtituit pro *Cuſus*, et fortaſſis idem fuerit *Chryſius* apud *Jornandem* in Geticis.

NUNTIOS MISIT. Fuerunt iſti *Cunon* de Monte Acuto Comes, *Baldevinus* de Buorg, et *Godefredus* de Aſcha, toto iſto bello duces clariſſimi: *Albertus* Canonicus Lib. II. Cap. XI. Comes ille de Aſcha *Henricus* eſt apud *Ty-*

urbem tumultu impleſſet, veluti ſi veri adeſſent hoſtes, timens princeps, ne ſibi nuper adepto imperium, necdum experto ſuorum animos, majus periculum immineret, liberos captos abire juſſit, quos urbe egreſſos effuſa obviam multitudo cum magna laetitia in caſtra deduxit, finiſque populandi eſt factus.

Poſt haec Imperator, iram diſſimulans, per ſuos nuntios Goffredum rogat, ne ſecum loqui, et urbum ingredi abnueret; magna enim quaedam inſtare, de quibus invicem colloqui operae pretium ſit futurum. Ille autem inſidias veritus, negavit, ſe in urbem iturum, quod aliud praevertendum ſibi eſſet, expectareque aliorum adventum, ſine quibus nullum majoris rei negocium incipiendum cenſeret, proinde videri ſibi rem in aliud tempus differendam eſſe.

Tali reſponſo iratus princeps, palam edictis vetuit ſuis, ne quis in caſtra commeatum deferret, neve cum aliquo milite cujuſque rei commercium faceret. Igitur noſtri, ad praedam verſi, paſſim per agros populabundi (4) diſcur-

Tyrium Lib. II. Cap. VII.

(4) POPULABUNDI. Negato per Imperatorem commeatu, publicatoque minaciſſimo *edicto*, milites peregrini undique ad praedam, non permittentibus modo ducibus, ſed praecipientibus, diſcurrerunt, imo palatia, et turres, in quibus hoſpitia habebant, incenderunt alia, alia

diſcurrunt, et igne, ac ferro magnas inferunt Graecis clades. At Imperator, quidnam faceret ab ipſo initio non ſatis certus, quod hinc ulciſcendi ſtimulus, inde metus ob impares vires illum angebant, poſtremo novo conſilio mentem adjecit. Ergo, revocatis edictis, permiſit copiam rerum omnium, dummodo milites ab injuriis imperarent. Legatos miſit exercitus ducibus, qui verbis eos, muneribuſque placarent, quibus facile pax fuit ſuaſa, quod fame compulſi tumultum fecerant, cernebantque, ſuos conatus irritos fore, ſi una cum barbaris Graecos quoque haberent hoſtes, nec dubium eſſe, quin ingens periculum praeſertim inopiae proponeretur.

Sic ex ſententia rebus tranſactis, poſt aliquot dies cum iram ſedatam, relaxatoſque animos Imperator crederet, quoſdam miſit, qui ducibus dicerent, inſtare jam hibernum tempus, nec infrequentia aedificiis loca, in quibus tum eſſent, commoda his per hiemem fore, qui

alia comminuerunt. *Albertus* Cap. XII. duravitque haec depopulatio diebus ſex. *Idem* Cap. XIV. In tempore inimicae hujus excurſionis convenit *Tyrius* Lib. II. Cap. IX. addens, edicto publico id actum, terraſque circa urbem ad ſexaginta milliaria corradentes tantam alimentorum copiam in caſtra contulerunt, ut eſſet hominum opinione major, ait *Tyrius*. Et dum duraret haec animorum elatio, tumorque

prae anguſtia temporis, nec tabernacula, nec alias res ad arcendam vim frigoris praeparaſſent, proinde illum hortari, ut in ea migrent ſuburbia, quae finitima Thracio Boſphoro Aſiam ſpectant, ibi enim capaces eſſe multorum domos, eoſque mari, ac terra commeatum habituros. Id eo agebat conſilio, quo velut clauſas teneret copias, ne populari agros poſſent. Nam inter urbem, et eum locum, quem tum Blaquernam (5) dictum ferunt, parvus aeſtate fluens amnis ita creſcebat hiberno imbre, ut vado tranſiri nequaquam poſſet, unicus pons ob id conſtructus volentibus tranſgredi aditum dabat. Itaque ſuaſerat ſibi, poſtquam exercitus eo veniſſet, noſtros mari, ac flumine ſeptos, ne fame perirent, ei demum parituros. Duces commodo regionis pellecti, verbis abeſſe dolum rati, ibi hiemare conſtituerunt, neque enim flumine ſe includi poſſe ſatis animadverterant.

In

que par utrinque creſceret, Boamundus legatos ad Godefredum direxit, orans, ne ulla in te fideret perfido Imperatori, ſed Adrianopolim, aut Philippopolim hiematurus concederet, donec ipſe ineunte vere adeſſet: et pie Godefredus reſpondit, cognitam quidem ſe habere Graeculi nequitiam, ſed arma infidelibus debita in Chriſtianos vertere reformidare, *Tyrius* Cap. X. *Albertus* Cap. XIV.

(5) BLAQUERNAM. *Palatium* hoc *novum* vocaba-

In ea ergo traductis copiis, complures dies quieti fuerunt. Sed aucto demum per imbres amne, ita ut vado intranſmeabilis eſſet, Imperator, qui clam armatos multos in urbe acciverat, non ultra cunctandum ratus, quin cogitata exequeretur. Rurſus Goffredum per ſuos rogat, ut ſecum loquendi poteſtatem faceret, atque ad hoc urbem ingrederetur. Ad ea Goffredus, nil reſpondit, ſe habere, quod cum illo dicendum exiſtimaret abſque aſſenſu eorum principum, qui prope diem venturi ſint; interim vero, ſi quid agendum Imperator putet, ſe legatos paratum mittere, vel audire ſuos, per quos illius mens patere poſſit. At Imperator, negari ſibi petita intelligens, armatos multos luce prima fluminis pontem capere jubet, ſagittarios quoque naves conſcendere, appulſoſque littori a regione caſtrorum ſagittis undique noſtros impetere: vetuit etiam novis edictis, ne quid ſui pro alendo exercitu in caſtra deferrent.

Goffredus autem ſuſpicatus, ita facturum illum, quod ſe includi viderat poſſe, de media nocte ſex millia equitum cum Balduino fratre ad pontem miſit, omneſque arma, & equos parare,

cabatur. *Procopius* de aedif. Juſtiniani: erat autem non longe a templo SS. Coſmae, et Damiani, *Tyrius*

rare, ac plures cohortes vigiles eſſe cum armis imperat, ne quis inopinantes aggrederetur. Vixdum ſatis dies fulſerat, quum praemiſſi ad pontem equites Graecos vident egreſſos urbem, rapto agmine pontem petentes, et ab ora maritima ſagittarii, partim ex navibus, partim per littus diſtuſi, undique noſtros aggreſſi ſunt, ſublatuſque maximus clamor poſtquam ad duces eſt perlatus, ipſi militem arma capere, ac expediri ad pugnam jubent, deinde inſtruunt triplicem aciem, ſagittarios multos, leviſque armaturae mixtos peditibus equites, ſubſidio ſuis ad littus mittunt, dato praecepto, ut, cum longius Graecos repuliſſent, celeriter ſe ad eos recipiant. Ipſi vero inſtructis copiis ad pontem pergunt, domibus multis prius incenſis, ne quid ex illis hoſtes machinarentur. Cum vero ad illum eſt perventum, cernunt fugatos a ſuis Graecos.

Verum non longe inde progreſſi copias magnas, ab urbe miſſas, in ipſa via offenderunt, cum quibus commiſſo praelio diu, et acriter eſt pugnatum, multique ab utraque acie ceciderunt. Tandem majore impetu noſtris nitentibus, hoſtes fuga effuſa urbem repetivere, ſuorum multis in pugna amiſſis, et qui a tergo cer-

rius Cap. VIII. Poſteritas *Caſtrum Boamundi* appellavit.

certabant milites, longius demum ſubmotis hoſtibus, ad ſuos duces regreſſi ſunt.

Per hunc modum a ſpe jam certa Princeps dejectus, non minus jam tuendi Imperii, quam augendi ſollicitus, rem ad conſilium ſuorum defert, quorum ſuaſu ſtatuit, (6) filium in caſtra mittere futurum ibi obſidis loco, quoad Goffredus in urbe veniens, ad ſuos demum reverteretur. Id nuntiatum ducibus, ipſi minime aſpernandum rati, ne bellum malle, quam pacem ipſam videri poſſent, ut iret Goffredus, aſſenſerunt.

Igitur poſtquam obſes ad eos venit, mox Goffredus urbem ingreſſus amice, honorificeque ſupra modum excipitur, nulla re, quae ad ornandum ipſum ſpectaret, praetermiſſa.

Hunc Imperator ad parem (7) conſeſſum cum ad-

(6) FILIUM. *Joannes Porphyrogenitus* haeres Alexii per *Cunonem Montis Acuti comitem*, et *Balduinum de Burgo* in caſtra peregrinorum deductus. *Tyrius* Cap. XI. *Godefredus* aſſumptis ſecum principibus viris, quorum praecipuus *Wernerus de Greis*, urbem ingreſſus eſt. *Albertus* Cap. XV.

(7) AD PAREM CONSESSUM. Variant Hiſtorici. Albertus: *Sedebat Imperator more ſuo potenter in throno regni ſui, non duci, non alicui aſſurgens ad porrigenda oſcula, ſed flexis genibus dux incurvatus eſt.* Sic ille Cap. XVI. Si flexit genua, quomodo ad paris conſeſſus honorem admiſſus? Et facit

admiſiſſet, multa de ſuis virtutibus praedicans, eum deinceps velut (8) filium defenſorem Imperii

facit illius viri ſuperbia, ut *Aquenſi verius, quam Noſtro adhaeream.* Ennodii legatio intolerabilem omnium mortalium in eo Principe contemptum abunde loquitur, et, cum ducem Normaniae regis Angliae fratrem ad celebre convivium invitaſſet, aliosque ille ſecum principes viros adduxiſſet, illis minora ſubſellia, et humiliora poni juſſit, ipſe elato ſolio epulatus eſt; at *Robertus* duplicato pallio inſedit, et comites omnes, finitoque prandio, relictis palliis, diſceſſerunt, cauſati, non eſſe morem gentis ſuae *ſedilia* ſua ſecum portare.

(8) VELUT FILIUM. Imo in filium, et Imperii ſucceſſorem eum adoptavit. *Tyrius* Cap. II. *Veſtibus indutum imperialibus, adhibita juxta morem curiae ſolemnitate quadam, quae in hujuſmodi arrogationibus fieri ſolet, ſecundum regionis morem adoptavit in filium.* Paria apud *Albertum* Cap. XVI. *Te in filium adoptivum ſuſcipio, et univerſa, quae poſſideo, in manu tua conſtituo* ait Alexius Imperator Godefredo duci. In *adoptione* ergo multa obſervabantur: nam et eam ad praetorem, ſeu judicem ſupremum deferebant Appian. Lib. III. Civilium, [pag. 534.] Quod hic *morem curiae* Tyrius appellat; et *pontificum authoritas* adhibebatur, ut obſervat Wolfgangus Lazius, Lib. III. Commentar. Cap. XI. *Veſtes mutabantur*, ut Tyrius hic. *Enſe adoptivus donabatur*, ex Caſſiodoro notum, et in ſubciſivis [Lib. I. Cap. I.] Petrus Pithoeus large; eademque in *adoptione*, quae in *coronatione* fiebant, dixi ad Corippum Lib. II. Num.

perii habendum pronuntiat, et ſimul magnis

Num. IV. *Nomen mutabant*, et *in tribum*, *nomenque adoptantis tranſibant*, Jure conſulti fuſe, et ſaepe. *Coripp.* Lib. I. Num. VIII.

- - - *Auguſtum, quod defuit, accipe nomen.*

Egi multis ad illud *Claudiani* de 6. Honor. conſul. [vs. 418.]

- - - *In nomen Romanis rebus adoptans.*

Formulas ex *Barnaba Briſſonio* pete. Hic *velut filium.* Tytius, & Aquenſis *in filium.* Frequenter *pro filio.* Plaut. Poenuli prologo ad finem. [vs. 119.]

- - - *Adoptavit hunc pro filio ſibi.*

Ceterum *adoptio duplex:* una *vera*, quae in familiae ſucceſſionem neceſſariam, defectui naturae ſupplendo, de qua legiſlatores; altera *ficta*, quae ad honoris tantum ſignificationem, ut hic apud Noſtrum, et Scipio in oratione apud A. Gellium Lib. V. Cap. XIX. C. Tacitus Lib. XV. Annal. [Cap. XIX.] *fictis adoptionibus adſciſcerent filios.* Quod non *privatorum* tantum, ſed etiam *principum*, cujus ritus *origo a Zenone*, ut docti putant, profecta, Is quippe *Theodoricum* regem Oſtrogothorum adoptavit. *Jornand.* Hiſt. Gothic. [pag. 140.] Sic Cabades rex Perſarum contendebat, *Coſroën* filium ſuum a Juſtino I. adoptari debere, licet non ſperato eventu, *Procop.* Lib. I. belli Perſici. Quod beneficium idem deſpectus antea *Coſroës* a Mauritio obtinuit. *Paulus Diacon.* Lib. XVII. Hiſt.

donat (9) muneribus. Nec erga illum, donec in urbe verſatus eſt, aliquod genus munificentiae regiae omiſſum fuit.

Deinde roganti Principi, ut jurejurando (10) fidem daret, quae citra Judaeam bello quaereret, ſe pro ipſo retenturum, ſpem dedit, ſe, ac reliquos duces brevi eidem aſſenſuros. Abeuntem deinde aulici omnes, et magna pars civium, uſque in caſtra proſecuti, obſidem datum reduxere. Nec

Hiſt. Miſcell. Quin et *Clizaſthanes* Soldanus Turcicus a Manuele Comneno adoptatus, ut ſcribunt *Nicetas Choniates* in eo, et *Pachimerius* Lib. VI. multaque alia exempla.

(9) MUNERIBUS. Recenſet ea Tyrius Cap. XII. *Dona ingentia in auro, gemmis, et holoſericis, et vaſis pretioſis, hominum aeſtimationem, tam operis elegantia, quam dignitate materiae penitus excedentia, pro ſua liberalitate contulit.* Albertus loco proxime laudato: *Ex aerario Imperatoris allata ſunt dona inaeſtimabilia duci, et cunctis, qui cum eo venerant; tam in auro, et argento, et oſtro diverſi generis, quam in mulis, et equis, et in omni, quod pretioſius habebat.* Contigit pax iſta ſub natale Domini in eodem anno, quo moveri coeptum arma in Occidente, ſcilicet 596. duravitque in ea ſtatione; ſed tranſmiſſo Helleſpontum exercitu, uſque ad feſtum Pentecoſtes. *Robertus Monachus* pag. 36. Lib. 2. praeter *alios.*

(10) JUREJURANDO. Anonym. Geſt. Franc. Lib. II. Cap. VI. *Injuſtum nobis videtur ullatenus ei ſacramentum jurare.* Baldric. Lib. I. [*pag.* 93.] *Franci praetendere*

Nec multo poſt principes Galli, ſuadente Goffredo, in verba Imperatoris jurarunt. Neque enim dominandi libidine ceperant arma, ſed quo ſacrum ſepulchrum, Judaeamque liberarent. Simul quoque cenſebat periculum ingens imminere, ſi in Aſia bellum gerentibus, Graecus a tergo inſtaret hoſtis; nec tutum eſſe, dimittendo praeſidia per captas urbes, prout neceſſe futurum erat, copias minuere, cum per tot hoſtiles provincias tranſituri eſſent, ac demum Syriam ſubacturi, quam abſque magno

 cer-

tendere, ſe nulli juramentum, niſi Deo debere. Raimundus de Agiles pag. 141. *Poſtulat hominium, et juramenta, quae ceteri principes ei fecerunt.* Fulcherius Carnotenſis Cap. IV. *Facti ſunt homines Imperatoris*, et comes jusjurandum fecit Guibert. Lib. VI. Cap. XV. *Sacramentis compertis.* Formula haec jurisjurandi antiquiſſima erat, *qua principi ſubditi fidem, & operam ſpondebant, in omnibus rebus inviolabilis ſervanda, niſi de rebus agatur, quae religionis Catholicae damno, aut pietatis jactura, manifeſte aguntur, ea ſane ratione Deo potius, quam homini fides praeſtanda*, ut recte, pieque, et Canonum veterum conformiter Decreto cenſuit illuſtriſſimus Robertus S. R. E. Cardinalis Bellarminus libro Apologetico contra regem Magnae Britanniae, et Ego imprudens aliter aeſtimavi Lib. X. Antiquit Rom. Cap. III. Sed *errorem* eum edendo jam *Opere de Triplici Juramento* dudum *retractare* propoſui,

certamine vinci non poſſe arbitrabantur. Poſt eam demum firmatam pacem, Gallorum caſtra copia rerum ſunt repleta. Neque in illis fuit quiſquam, cujus virtus, aut fortuna emineret, Imperatoris (11) munerum expers.

Deinde propinquante jam vere (12), ubi coelum clementius eſſe coepit, duces, tempus idoneum eſſe rati arma in Aſiam transferendi, ordiendique belli adverſus barbaros, Imperatore juvante, plurimas naves omnis ge-

poſui, ad quem librum, quia prope diem edetur, Lector adi.

(11) IMPERATORIS MUNERUM EXPERS. Duces, qui cum Godefredo urbem introierunt, pretioſis donis cohoneſtati omnes, ut ſupra dicebam; milites vero pecunia donati *ab Epiphaniorum die uſque ad Aſcenſionem Domini ſingulis hebdomadibus quantum* (ait Tyrius loco laudato) *duo viri fortes aureae monetae poterant humeris ſuſtinere; de aereis vero denariis decem modii de Imperiali palatio miniſtrabantur.* Aquenſis *quatuor viros* meminit, pecuniamque *Tartaron* appellat loco proxime ſupra citato, et Lib. I. Cap. XVI. Sed vox ea corrupta utroque eſt loco, et legendum *Tetarteron*, ſic enim vocant Graeci Hiſtorici Zonaras, Choniates, et alii; τεταρτηρον vero Nicephorum Phocam *primum* percuſſiſſe tradit Georgius Cedrenus, ubi doctiſſimi Commentatoris annotationes conſulendae.

(12) VERE. Scilicet menſe Martio. *Tyrius* ibidem.

generis contrahunt. Cumque illis mare (13) trans-

(13) MARE TRANSGRESSI. Anonym. Geſt. Francor. Lib. II Cap. VII. *Transfretaverunt brachium.* Robertus Monachus Lib. III. princ. *Primi transfretaverunt dux Godefredus, et Tancredus.* Raimundus de Agiles pag. 141. *Mare tranſivimus.* Fulcher. Carnoten. Cap. IV. *Mare, quod brachium S. Georgii vocatur, transfretavimus.* Guibert. Abbas Lib. III. Cap. XV. *S. Georgii brachium celeriter tranſgreditur.* Tyrius Lib. II. Cap. XII. *Legiones Boſphorum tranſeunt.* Bernardus Scotus Epiſcopus poſtea Arthefiae, Patriarcha Antiochenus primum, mox Edeſſanus, ut in Scoti chronico habetur, et in libello bellorum ſacrorum in bibliotheca Pauli Petavii:

Jam mare tranſitur, ſed ad invia jamque venitur.

Hic autem *Boſphorus Thracius* eſt, *Phileas* apud Suidam, Graecis *Laimon*, Turcis *Begazin* Pet. Gillius. *Os Byzantinum* Strabo, *fretum Nyſium* Arrian. *fretum Chalcedonium* Julianus Apoſtata. *Os Ponti* Martian. Capella. *Ponti fretum* Aurel. Victor. *Oſtium Ponti Euxini* Tacit. *πορος* Pindar. et Tzetz. Chiliad. I. Cap. II. *λαιμος* Euſtathio. *Latitudo* IV. ſtadiorum *Philoſtrato* et *Herodoto*, vel II. *Polybio*, vel VIII. *Xenophonti*, vel VII. *Plinio*, Doctiſſ. *Ortelius* in voce *Helleſpontus.* Poëtae paſſim, et variis nominibus *Sidon. Apollin.* Carm. XXIII. vs. 421.

Quae vallat ſale Boſphorus Propontis.

Claudian. Lib. I. in Ruf. fin. [vs. 174.]

- - - *Celſa qua Boſphorus arce Splendet,*

tranſgreſſi, copias in Bithynia (14) exponunt, nec procul a mari prope urbem Chalcedonem (15) conſtitere, vallo, ac foſſa munitis

Splendet, et Othryſiis Aſiam diſterminat oris.

Et Lib. II. in Eutrop. [vs. 28.]

- - - *In geminas nutabit Boſphorus urbes.*

Et in bello Gildonico. [vs. 226.]

- - - *Intrantem pontum, qua Boſphorus arctat.*

(14) BITHYNIA. *Prima* ea *Aſiae regio* Conſtantinopoli, interjecto Helleſponto, objecta. Dixi Ego ex Geographis ad illud *Claudiani* Lib. II. in Eutrop. [vs. 247.]

Thyni Thraces erant, quae nunc Bithynia fertur.

(15) CHALCEDONEM. Variant nonnihil alii. Albert. Cap. XVII. *In pratis Cappadociae tabernacula collocarat.* Sed conſentit *Tyrius*, [Lib. II. Cap. XII.] *Exercitum ſuum in Bithynia, quae prima de Aſianis provinciis occurrit, collocavit, inque pago Chalcedonenſi caſtra metatus eſt.* In hac autem urbe *Concilium Oecumenicum* quartum celebratum a 636. patribus *ſub Leone Papa*, contra *Eutychetis* monachi, et *Dioſcori* Patriarchae Alexandrini impietates, ut in Conciliis Generalibus extat. Praeclare *Ennodius Ticinenſis* Dictione Sacra VI. Haec urbs autem primum *Proceraſtis*, tum *Libera* a Plinio audit [Lib. V. Cap. XXXII.] mox *Compuſa*, vel, ut Pintianus legit, *Compoſſa*, a nonnullis *Caecorum urbs*, a Curopalate

nitis caſtris, diſpoſitiſque ſtationibus militum, ne incauti opprimerentur. Is propterea placuit locus, quod aquatio ibi commoda erat, nec ullum a tergo habebant hoſtem. Eademque die Byzantium petere, ac demum redire non tantum ſemel, ſed etiam pluries milites poterant.

O Dum

late eſt *Juſtiniana* tertia. Turcis *Caltitiu*, ut *Carolus Rimius* docet. Plurima lectu digniſſima apud *Stephanum Byzantium*, et *Euſtathium* Homeri Scholiaſten. Nos obiter quaedam ad illud *Claudiani* Lib. II. in Eutrop. [vs. 455.]

> - - - *Varius penetrans*
> *Chalcedona nidor.*

Clara olim civitas, et *Metropolis* IX. ſub Patriarcha Hieroſolymitano, nunc exiguus *vicus*. Augerius Giſlenus Busbequius in itinere Aſiano, nomen deletum vult, atque ibi pagum *Scutarium* eſſe: contra alii manere nomen malunt, ſed humili fama; in his *Petrus Gyllius* Lib. III. de Boſphoro Thracio. Cap. X. Deſcribunt ſitum praeter Geographos, *Lucan.* Lib. IX. vs. 956.

> *Qua pelago nomen Nepheleïas abſtulit Helle,*
> *Non Aſiam brevioris aquae diſterminat uſquam*
> *Fluctus ab Europa; quamvis Byzantion arcto*
> *Pontus, et oſtriferam dirimat Chalcedona curſu,*
> *Euxinumque ferens parvo ruat ore Propontis.*

Et *Claudianus* Lib. II. in Ruffin; [vs. 55.]

Urbs

Dum haec ab illis geruntur, Boamundus, (16) paratis omnibus, ex Apulia ſolvens Adriatico vectus mari, Dyrrachio demum appulit claſſem: ibi, expoſito in terram exercitu, Macedoniam intrat; eam vero peragrans provinciam, literas accipit, Imperatoris humanitatis, et officii plenas, quibus amicitiam illi, tutumque iter pollicebatur, ſed longe ipſi diverſa mens erat. Cum enim ſciret, hunc Roberti filium eſſe, qui e Sicilia Graecos expulerat, aegre ferebat adventum ejus, cum ob memoriam paternae injuriae, tum etiam quod magni exercitus clarum ducem formidabat, putans eundem hoſtili animo in Graecos eſſe. Itaque occulte juſſerat iis praefectis, qui Macedoniam obtinebant, ut obſervantes illius iter, cum facultate oblata, magno aliquo detrimento afficerent, quove res eſſet occultior, paulatim ex variis locis conductos milites ad eos miſerat.

Hi

Urbs etiam, magnae quae dicitur aemula Romae,
Et Chalcedonias contra deſpectat arenas.

(16) BOAMUNDUS. *Capitalis* hic, *juratuſque Alexio*, *Graeciſque omnibus hoſtis*: pater enim Graecos omnes Sicilia expulerat, et haereditarium illi in gentem eam odium reliquerat. Hic *ditiſſimus princeps Siciliae, et Calabriae* audit apud *Albertum* Lib. II. Cap. XIV. Principem *Tarentinum* vocat *Tyrius* loco laudato, [Lib. II. Cap. XIII.] qui hunc ad-

Hi ergo ad exequendum juſſum intenti, prope fluvium quendam Bagdarum (17) tunc ab incolis dictum) ſuos milites in inſidiis locant: videnteſque die ſequenti Boamundi nepotem, Tancredum nomine, cum parte exercitus amnem tranſgreſſum, in alios, qui citra flumen remanſerant, impetum fecerunt, et a fronte, a tergo, a lateribus circumfuſi, ita perculſis inſtitere, ut vix colligendi ſui, expediendique arma facultatem haberent. At Boamundus, ut in re ſubita ſatis impavidus, nec animo, neque conſilio deficere, ſuos ad pugnam hortari, aciem, prout erat facultas, inſtruere; ſubſidia laborantibus mittere, unde majus erat periculum, ibi adeſſe, nullum denique ducis officium praetermittere. Si tamen longior pugna fuiſſet, veriſimile erat, victoria hoſtem potiturum fuiſſe. praeſtabat enim copia militum, et recens cum feſſis dimicabat.

adpulſum deſcribens, ait, *cum mari Hadriatico vectum, ſuos vero per deſerta Bulgariae adveniſſe.* Verum, ut facilius caetera de eo intelligantur, *ſchema* quoddam de illius familia adponam, aliud quidem quam apud *Wolfgangum Lazium* Lib. III. Migrat. Gent. pag. 88.

(17) BAGDARUM. Eaſdem inſidias per Alexii praeſidiarios contra jus gentium, et belli leges factas Boamundo alii deſcribunt; cultiſſime *Tyrius* Cap. XIII. Flumen tamen *Bardarium* vocat. *Anonymus* Geſt. Francor. Lib. I. *ad finem Bardarum.*

Tancredus (18) autem clamore pugnantium, patruique permotus nuntiis, quo in diſcrimine res jam eſſet memorantibus, ſigna convertere, ac flumen tranſire milites jubet, inſtructoque acie pro anguſtia temporis, ferocem hoſtem invaſit. Graeci vero, qui eo conſilio pugnam commiſerant, ut ante ſcilicet Boamundum opprimerent, quam a Tancredo ſuccurri poſſet, poſtquam viderunt reverti eos, qui amnem tranſiverant, vix primum impetum eorum ferentes, praelium diſſolverunt, et in proxima loca, vel in ſilvas refugere. Multi tamen ex eis caeſi, multi etiam capti ſunt, ex qui-

(18) TANCREDUS. *Comes Normaniae:* ex eo *Drogo* primus comes Apuliae. Anno MXXXIX. *Gulielmus* cognomento *Ferribrachus. Unfridus* in comitatum Drogoni fratri ſucceſſit, addidit Calabriae, et Apuliae patrimonio ſibi relicto Lucaniam, et magnam Siciliae partem, extinctus Anno MLXXXIII. *Robertus* cognomento *Guiſcardus* omnium clariſſimus. *Rotgerus*, ſeu *Rogerius* cognomento *Syzſa* [leg. *de Anxa* vel *de Anſa*], ut in *Tyrio*, donatus Siciliae parte, ideo comes Siciliae dictus. *Richardus*, et *Reinulfus* nulla alia re memorabiles, quam quod bello huic ſacro ſtrenuam operam navarunt. *Tyrius* Lib. II. Cap. XIII. Lib. III. Cap. XXIV. *Albertus Aquenſis* Lib. III. Cap. XV. *Barelardus* ſucceſſit patri, ſed a *Roberto* principatu fuit exutus. *Rotgero* ex *Adelaſia* conjuge, ut habet *Tyrius* Lib. XII. Cap. V., natus

quibus eſt cognitum, jubente Imperatore, rem hanc totam geſtam fuiſſe. Id Boamundus diſſimulans, ne illum palam faceret hoſtem, extemplo quosdam Byzantium miſit, qui de tanta injuria quererentur, dicerentque, Boamundum credere, ignaro Principe, Graecos milites id facinus auſos, ac ſimul orarent, ita poſthac per eum ſtatui, ut ſibi amico iter infeſtum non fieret. Quibus ille, licet benigne reſpondiſſet, multis verbis in ſuos invectus, tamen dux ipſe ſuſpectam habens Graecam fidem, ita inſtructum ducebat agmen, ac ſi cum hoſtibus dimicandum foret. Cui Byzantium propinquanti

 occur-

tus *Rogerius*, qui nuptias matris ſuae cum Balduino rege Hieroſolymorum mirifice promovit: ſed, ea repudiata, grave odium in reges Hieroſolymitanos concepit, et Anno MCXXXI. *regis titulo honoratus*, *eum ad poſteros tranſmiſit.* Filius *Drogonis* fuit *Boamundus*, cognomento *Curbeſpina*, princeps *Antiochenus*, bello ſacro nobiliſſimus. Hic *Conſtantiam* uxorem habuerat *Philippi* I. regis Francorum filiam, ex qua *Balduinus II.* comes poſt Rotgerum *Antiochiae*: *Helena* Michaëli Parapinacio Imperatori deſponſata, ut *Zonaras* autor; nepos vero *Guido.* *Tyrius* Lib. VI. Cap. IX. *Albert.* Lib. X. Cap. XLIII. A Batelardo Tancredus ortus ſummus encomiis ab hiſtoricis, et poëtis evectus, Boamundo in principatu Antiocheno ſucceſſor. *Gulielmus* altero contra Solimanum praelio occiſus. Hos ſecuti *Raimundus*

Gu-

occurrens Goffredus, quid Imperator velit, demonſtrat, quaeve cauſae ad illi parendum alios moverint. Praeterea docet, eo negotio tempus redimi, quo nihil ipſis carius eſſet, aggredi magna cupientibus, et certa ſpe a domo profectis Judaea potiundi; proinde hortatur, ubi obtemperet Graeco Principi, praeſertim ne improbare aliorum judicium, vel eum odiſſe videatur.

His

Gulielmi Pictavienſis comitis filius per matrimonium Antiochiae princeps, cum *Nozadyno* Turcico dynaſta congreſſus infeliciter periit. *Tyrius* Lib. XIV. Cap. IX. Lib. XVII. Cap. IX. *Nicetas*, & alii. *Reinaldus de Caſtellione* ſucceſſor Raimundi in matrimonio, et principatu, victus a *Megedine* praefecto Alapienſi multorum annorum carcere maceratur. *Tyrius* Lib. XVIII. Cap. XXVIII. Lib. XXI. Cap. XI. Dimiſſus *Galilaeae* trans Jordanem praefuit, et ſtrenue partes Guidonis regis propugnans, *Saladini* manibus perimitur. *Vincent. Bellovac.* Lib. XXX. Cap. XLIII. *Rotgerus*, ſeu, ut priores, *Rogerius* ſuccedit Tancredo avunculo in Antiocheno principatu, affinis etiam Balduino II. Regi, *Tyrius* Lib. XI. Cap. XXII. Lib. XII. Cap. *IX. Maria*, ſeu *Xene* uxor Manuelis Comneni Auguſti. *Nicetas* Lib. III. Commentator. Chronol. Nicephori pag. 124. *Boamundus III.* Antiochiae princeps, capto Reinaldo vitrico, *Tyrius* Lib. *XIX.* Iſti quidem in *Syria* ſunt dominati; at in *Sicilia Tancredus* frater Wilhelmi, nepos Rogerii regnum illud *Henrico*

Suevo

His orationibus Boamundus victus, facturum, quae velit, ſe affirmat, ſequentique die urbem ingreſſus, Imperatori, quam alii dederant, fidem promittit, benigne, comiterque ab eo exceptus, et multis egregiis donatus donis. Idem quoque non multo poſt Toloſae (19), et

Suevo Barbaroſſae filio reliquit, cui *Fridericus II.* ſucceſſor, illi *Conradus IV.* mox *Henricus VII.* tum *Conradinus*, et ſtirpis illius *Manfredus* ultimus, cui factio Gallica, et novi motus, haeredeſque ſuperfuere.

(19) TOLOSAE PRINCEPS. Is eſt *Raimundus*, S. Aegidii, et Toloſae comes, Laodiceae dominus, *Urſpergenſe* authore [pag. 231.] cujus pia, et fortis hoc bello opera nunquam ſatis laudabitur. Ejus poſterorum hic icon eſt.

BERTRAMNUS, qui aliis *Bertrandus*, qui a Balduino I. rege *Tripolitanum* comitatum, praemium fortitudinis accepit, et ad poſteros tranſmiſit. *Amphoſſus* avitum S. Aegidii comitatum retinuit, *Tyrius* Lib. *X.* Cap. *XXVII.* Lib. *XVI.* Cap. *XXVIII.* *Guilielmus* cognomento *Jordanes*, nepos Raimundi, et ſucceſſor. *Punctus*, aliis *Pontius*. Tyrius Lib. *XIV.* Cap. *XXIII.* *Raimundus II.* cognomento *Senior* ad Montem Ferratum Caſtellum captus a Sanguino Turcico dynaſta, caſtello capto, dimiſſus. Periit inſidiis Aſſaſſinorum in porta Tripolis confoſſus. *Nicet.* pag. 7. *Raimundus III.* cognomento *Junior* captus a Noradino Sanguini F. novem annis totis carcere detentus, redux *Balduini* IV. fit tutor et regni adminiſtrator, *Tyrius* Lib. *XX.* Cap. *XXX.* cum Guidone

et Flandriae (20) reguli fecerunt, quorum alius claſſe, alter per Iſtriam, Dalmatiamque in Graeciam venerat. Cum his fuit Nicenſis praeſul, in eo bello ſummi Pontificis (21) legatus: poſt hos Normandiae princeps, et multi ſimul praeſtantes viri cum magno exercitu Byzantium conceſſerunt, defueruntque pauci ex cunctis illis, qui ſacram voverant expeditionem.

In ipſo initio Aprilis menſis, cum omnes in Bithynia conveniſſent, conſilio inito, placuit ducibus, poſt vicinas domitas urbes, Nicaeam provinciae caput obſidere: putabant enim, ea devicta, et pulſo Solimano ingentis tum exercitus duce, facilius eos per alia loca tranſituros, quod reliqui barbari metu perterriti, vel ad eos deficient, vel commeatu adjutos tranſire patientur.

Igitur, pleriſque oppidis maritimae orae vi, aut metu ſubactis, mediterranea petentes loca,

done Luſignano de *Balduini* V. tutela in contentionem venit, deinde fidem abjurat, res Chriſtianas prodit, ſubita morte, circumciſionis dolore extinguitur. *Tyrius* de eo Lib. *XXI.* Cap. V.

(20) FLANDRIAE REGULUS. *Robertus.*

(21) PONTIFICIS LEGATUS. Contra ſtat *Tyrius*, qui Lib. IV. Cap. *XXII.* non *Nicenſem*, ſed *Podienſem* antiſtitem legatum fuiſſe expeditione ſcribit, ipſe *Noſter* Lib. III. infra.

ea, Nicaeam tandem obſeſſum vadunt, ducenta peditum (22), equitum millia centum ducentes.

Civitas ea, in plano ſita, e regione occidentis lacu alluitur, ex aliis partibus montes nemoraque urbem circumſtant, in medio campus, longe, ac late ſatis patens, latior tamen, aut anguſtior, prout magis, vel minus montes, ac ſilvae ab urbe diſtant: foſſa ingens vetuſti operis per intermiſſas a lacu partes circum muros erat perducta, exque aqua lacus repleta, munitiorem civitatem reddebat, altis quoque, ac latis muris circumſeptam. Solimanus etiam quod pene accidit, ſuſpicatus fore, ut ſcilicet noſtri ab oppugnatione tam clarae urbis bellum inciperent, ſatis ante milites multos in eam miſerat, nec non baliſtas, tormentaque omnis generis, et magnum ſimul telorum numerum, ingens praeterea frumenti vis, aliarumque rerum

(22) NICAEAM OBSESSUM. Hoc *primum* cruce ſignatorum, poſtquam ſimul convenerant, facinus: id factum die XV. Maji. *Tyrius* Lib. II. Cap. XXI. vel VI. die Maji. *Anonym.* Geſt. Francor. Lib. II. Cap. VII. Conſentit *Robertus Monachus* Lib. III. princ. et *Baldricus* Lib. I. pag. 94. Sed cum *Tyrio* conſentit veritas. *Fulcher. Carnot.* Lib. I. Cap. IV. *Henricus Meibomius* in Chronologia. *Marius Sanut. Torſell.* Lib. III. Par. IV. Cap. XIII.

(22) DUCENTA PEDITUM MILLIA. Plenius

rum, cum quibus ferri poſſet obſidio, in urbem advecta. Ipſe vero, nondum auſus caſtra in aequo ponere, copia militum illis impar, territuſque opinione virtutis, qua eos praeditos fama acceperat, in ipſis montibus loco idoneo conſtiterat, ſollicitus, circumſpectanſque, ſiquam occaſionem rei bene gerendae habere poſſet, et in ipſo itinere, modo a tergo, modo a latere noſtros invadens, aut inſidens anguſtos ſaltus, multis incommodis eos affecerat.

Duces autem, poſtquam ad urbem pervenere, totam pene, (23) praeterquam ab occaſu ſolis, armatis cingunt, carros, quorum permagnam habebant copiam, pro vallo verſus montes diſponunt, ad portam, quae meridiem ſpectat, vacuus locus eſt relictus, quem Toloſae principi, certis de cauſis adhuc abſenti, occupandum reli-

nius *Tyrius* Cap. XXIII. *Peditum promiſcui ſexus ſexcenta millia*, *equitum loricatorum centum millia.* Et tamen abfuit initio *comes Toloſanus. Procerum* vero, qui adfuerint, *nomina,* habes de Germanis apud *Jacobum Meierum* Annal. Flandriae Anno MXCVI. [*pag.* 37.] et *Aventinum Bojor.* Lib. V. [pag. 469.] De omnibus omnium gentium copiis, *Tyrius* Lib. I. Cap. XXIX. *Albertus* Lib. II. Cap. XXV.

(23) PRAETERQUAM AB OCCASU. Aliter *Henricus Huntindonienſis* Archidiaconus Lib. VII. Hiſtor. pag. 214. *Ad portam orientalem conſederat dux Normaniae Robertus, juxta quem conſul Flandriae; ad*

reliquerant. Cujus dum expectant adventum, ne ocioſi tererent tempus, vineas, turreſque ad oppidum agere inſtituunt, pro his perficiendis materiam ex locis propinquis comportari jubent; cogunt ex caſtris fabros multos, qui ei operi ſtudium praebeant, et ſimul etiam conſtruant machinas, ex quibus vis ingens lapidum in ipſa moenia jaci poſſet; nam neque aries, vetus machina, illis temporibus in uſu erat, neque bombarda, tormenti genus, paulo ſupra aetatem hanc adinventum.

Dum hic ſic agunt, parantque, Solimanus ubi accepit, urbem ab his obſeſſam eſſe, ſolito longius cum ſuis abiit, ut noſtri crederent, deſperata urbis ſalute, illum diſcedere, ne ſcilicet ſub oculis ſuis caperetur, et metu ſublato, minus caute ſe habentes, occaſionem ſibi ad aliquod facinus egregium darent; nec multo poſt

ad portam borealem dux Boamundus, juxta quem Tancredus; ad occidentalem dux Gothefredus, juxta eum Hugo Magnus, et comes Stephanus; ad auſtralem conſul Reimundus, juxta quem Podienſis epiſcopus. Ab utroque diſſentit *Tyrius* Lib. III. Cap. V. nam ex omni parte urbem vallatam ſcribit, et tamen in ducum ſtationibus deſignandis variat: nam *Godefredus* cum fratribus ſuis ad *orientem* conſiſtit, ad *ſeptentrionem Boamundus* cum *Tancredo*, et ſuis. His adjuncti ſunt *Flandrenſis*, et *Normanus*; longe aliter, quam Angli ſcribant: ad *auſtrum Reimundus*

à ſuis doctus, qui falſa veris miſcebant, portam urbis verſus meridiem hoſtes adhuc non obſediſſe, ac ſibi ab ea parte facilem aditum ad eos dari, atque illos poſt ſuum diſceſſum ſolute admodum ſe habere pabuli gratia, diſperſos vagari, nec ducum dicto audientes eſſe, ſtatuit experiri fortunam pugnae, ne, ſi ea praeteriſſet occaſio, ſero poſtea perditis rebus remedium quaereret: quove obſeſſis id eſſet notum per ſuos nuncios quid paret, indicat, eos hortatur, ut die poſtero, prima luce, partim ex muris, partim eruptione hoſtem laceſſant, ſe vero cum ſuis in tempore affuturum. Deinde milites hortandos ratus, non mediocriter hoſtem timentes, concione advocata, ita diſſeruit.

" Si quis veſtrum (24) exiſtimat, me adhuc
" pugnam detrectaſſe, quod veſtrae virtuti ſim
" diffiſus, vel ipſos hoſtes plurimi fecerim, ve-
" lut egregios bello viros, longe fallitur opi-
" nione; cum enim vos, atque illos conſide-
" ro, ſatis mihi ſuaſum eſt, eos vobis, nec uſu
" armorum, nec robore animi, aut corporis,
" nec rebus geſtis aequari poſſe. Nam pene

omnes,

dus cum *epiſcopo Podienſe*, juxta eum *Hugo Magnus*, et *comes Bleſenſis*. Confuſe nimium hoc ipſum exequitur *Albertus* Lib. II. Cap. XXII.

(24) SI QUIS VESTRUM. *Concio* haec *Soli-*

" omnes, qui mecum eſtis, a pueritia in ca-
" ſtris habiti, bellicas artes didiciſtis. Urbis
" comitibus rex Perſarum, cis Euphratem ar-
" ma tranſferens, magnas copias ſuperavit, ac
" demum, victo Graecorum principe, provin-
" ciam hanc, pluresque alias imperio Perſico
" adjecit. Vos non libido ad voluptatem, non
" labor ad quietem unquam deflexit, nec ali-
" am prorſus, quam audaciae, fortitudinis, vi-
" ctoriae laudem concupiſtis. An ergo, illos
" comparem vobis? quorum partem tirones
" eſſe, alios vero luxu, ac longa pace deſides
" factos compertum habeo, qui lingua, mori-
" bus, et genere diſſoni, animos quoque diſ-
" cordes gerunt, et confuſi ad invicem nul-
" lam obſervant diſciplinam, neque habent
" certum ducem, cui parere aſſueverint.
" Quiſque ſibi dux eſt, atque hortator, quiſ-
" que laboris, quietiſque modum ſibi praeſcri-
" bit. Ejuſmodi milites vobis in acie pares
" erunt? eosne armatos timebitis? quibus ar-
" ma magis oneri, quam praeſidio erunt,
" quos metus, ac labor prius conficient, quam
" virtus veſtra, qui ſine ordine ullo pugnan-
" tes, quas habent vires, inanes reddent,
" quorum partem nuper egregie ſuperaſtis.

P 3 " Pro-

Solimani priſcorum hiſto- animoſa, et docta eſt, ex-
ricorum majeſtate digna, tra ordinem tamen hiſto-
riae,

» Proinde non ego timens, praelium diſtuli, » aut ab hoſte procul diſceſſi, ſed, ut nactus » occaſionem, cum periculo minimo illum vo- » bis trucidandum objicerem.

» Itaque dum de induſtria metum ſimulo, » ipſi hoſtes nihil jam a nobis timentes, quos » fugiſſe arbitrantur, curamque urbis abjeciſſe, » in omnem licentiam prolapſi ſunt. Scorta, » epulae, vinumque illos delectant: abſque im- » perio, abſque ſignis per agros vagantur, non » ſtationes pro caſtris, non vigilias ex more » agunt. Sepulchrum, Judaea memoria exci- » derunt, nihil minus, quam adventum cogi- » tant veſtrum: ſic praemiſſi exploratores re- » nuntiant, partemqne hoſtium adhuc abeſſe, » qui propediem venturi ſint: hos imparatos, » atque inconditos prima luce aggredi ſtatui, » ſpe haud dubia vincendi fretus, niſi vos in- » ſueta ignavia ipſam fortunam deſeritis. Ide- » oque vos oro, atque obſecro milites, ut, » quam ſaepenumero regi veſtro, et mihi » ipſi navaſtis operam, craſtino die dimican- » tes, praeſtetis, et, ſi poteſt fieri, ſi cogit » neceſſitas, majorem. Atque illud in primis » cogitate, non de imperio, vel gloria ſolum » nunc fore certamen, quae duae res prae- » ſtan-

tiae, ex earum numero, reprehendebant, autore *M.* quas in Trogo Pompejo *Juniano Juſtino* epitomaſte:

„ ſtantes viros maxime commovent; ſed de
„ aris, atque focis, de vita, et ſanguine, de
„ religione, pro conjugibus, et liberis veſtris,
„ eorumque omnium, qui Aſiam incolunt.
„ Nam, qui Nicaeam circumſtant hoſtes, id-
„ circo a domo ſunt profecti, ut Aſiae ſacra,
„ cerimonias, ritus, penitus deleant, argen-
„ tum, aurum, pretioſaque omnia nobis
„ adimant, ut trucident omnes Chriſtianae
„ religioni adverſos, vel pro mancipiis eos te-
„ neant, ut Chriſtiani, vobis expulſis, in his
„ provinciis demum habitent, nec ubique in
„ orbe ſuperſit Perſarum nomen. Haec palam
„ jactant, has ferunt ſui adventus cauſas, eadem
„ ex captis, Graeciſque accepiſtis, id explo-
„ ratum jamdudum habui. Proinde ſi patri-
„ am, religionem, vitam, laudem, conjuges,
„ prolem habetis caras, neceſſe eſt, vos viros
„ fortes eſſe, nec ullam ſpem, niſi in armis,
„ dextraque habere. Ac, ſi fortuna coeptis
„ obſtaret, honeſtam mortem fugae turpiſſi-
„ mae anteferre, putetis, adeſſe regem ve-
„ ſtrum, ſupplici ore vos rogantem, ut parta
„ decora, regnum Perſarum veſtra virtute
„ tueamini; obſeſſos vero flebili vultu ſupplices
„ ma-

ſte: nam *Solimanus* ex inopinato Chriſtianos aggreſſus eſt. *Tyrius* Lib. III. Cap. IV. *Albertus* Lib. II. Cap. XXVII.

„ manus ad vos tendere, veſtram opem implorantes, ne cladem teterrimam patiantur, ne urbem ignis, corpora ferrum, aut fames conſumat, ne ſua omnia ferri, agique ab hoſtibus videant; ne, qui ſuperſtites caedibus erunt, miſeram ſubeant ſervitutem. Quiſque veſtrum exiſtimet, craſtina die in ſua dextera fortunam Aſiae poſitam eſſe. Nam ſi (ut ſpero) victores eritis, non modo ab hoſtium iſtorum manu, ſed Chriſtianorum omnium liberabimur. Alii namque, his deletis, vires prorſus horrebunt veſtras, nec vos poſthac bello tentare audebunt, et vos fortitudinis, pietatis maximam laudem conſequemini. Veſtrae virtuti Perſarum rex ſuum imperium, ſuas opes acceptas feret. A vobis Aſiae populi defenſam ſalutem putabunt ſuam. Veſtrum hoc praeclarum opus nulla unquam delebit oblivio. Proinde ſic vos oportet agere, ut vos ipſos, atque hoſtes virtute inſigni ſuperetis, ne poeniteat regem veſtrum ſalutem ſuam, ſuorumque omnium vobis tuendam commiſiſſe.

Ab hac oratione dimiſſos milites corpora curare, ac ſe ad iter parare jubet. Inter haec (25) duo

(25) DUO ILLI. *U-* ab *Aquenſe* nominatur, qui *unus* tantum ille *explorator* interceptus ſit, quique Solimani

duo illi, quos a Solimano ad urbem Nicaeam miſſos diximus, ubi mandata expoſuerunt, portam egreſſi, ut ſitus caſtrorum, ordinemque ſpecularentur, et quibus ex locis commodius hoſtes invadi poſſent, temere procul ab urbe vagantes a noſtris excipiuntur: qui ad duces perducti, primo illis conſtanter mentiri, ſe oppidanos eſſe, dicere illa die urbem egreſſos, ut hoſtes aliquos, vel equos caperent. Sed tormentis admotis fateri vera metu coacti, quid paret Solimanus, quid oppidani, detegunt, et ſe ab illo fuiſſe miſſos, ut cives ad praelium hortarentur. Ea re duces perculſi, Toloſae principem literis admonent, ut prius ad eos venire properet, quam hoſtes adventarent: palam totis edicunt caſtris, ut milites equos, et arma expediant, ſtationes, vigiliaſque ſolito frequentiores inſtituunt. Jubent, cum cura obſervari, ne quis e caſtris exire poſſit, veriti, ne per aliquem haec ad hoſtes deferrentur. Optimum quoque viſum fuit, quemlibet ducum, quo erat loco, ſuos tenere, aciemque ibidem inſtruere, quo haud dubie crederent Barbari, ſuum adventum ignotum eſſe, atque ob hoc incauti opprimerentur.

Toloſae princeps acceptis literis, acceleran- Q dum

limani conſilia aperuerit, tris initiari Cap. XXV. *Al-*
petieritque Christianis fa- *ter*, dum caperetur, occi-
ſus

dum cernens, quia parum jam diei ſupererat, aberatque decem millibus paſſuum, ab ipſis caſtris extemplo movens, primis (26) ferme tenebris noctis in caſtra pervenit, e regione inſidens urbis illi jampridem deſtinata. Ibi quiete horarum aliquot ſuis data, parum ante lucis exortum eos arma reſumere, ac ſe ad pugnam parare imperat. Cum vero dies effulſit, inſtruit equitum, ac peditum aciem. Idem faciunt reliqui duces parte exercitus oppidanis objecta: ſi quid ab urbe molirentur; carros impedimentaque omnia uno in loco juſſerunt contrahi, ut aditus liber in hoſtes foret, non tamen ſigna efferri, vel prius equos aſcendi placuit, quam Barbari adventarent, quo incompoſitos aggredi crederent, et noſtri magis recentes haberent equos.

At Solimanus ea mente ad hoſtem pergens, ut opprimeret incautos, vel ſi paratos forſan offenderet, fortunam pugnae experiretur, ita inſtruxerat ſuas acies, ac ſi non dolo, ſed pari Marte

ſus eſt, Cap. XXIV. Conſentit *Tyrius* Cap. II. Lib. III. addens, fuiſſe Solimani familiares. Quai n re *Noſter* diſſentit, dum exploratores hoſce incluſis ſingula mandata pertuliſſe vult, indeque egreſſos, a noſtris captos. Alii omnes eos captos volunt, dum e lacu ad urbem tenderent. *Tyrius* Cap. III. Vide ſingula apud *Aquenſem* Cap. XXVI.

(26) PRIMIS TENEBRIS. Imo prima hora diei

Marte pugnandum foret. Abundans enim equitum copia, quorum numerum (ferunt) fuiſſe millium centum quinquaginta, putabat, ſe hoſti non imparem fore; licet is peditum numero praeſtaret, eos in plano pene inutiles ratus futuros, praeſertim quia multos ex eis tirones eſſe audierat. Igitur poſtquam in planum venit, paratos ad pugnam Toloſanos invadit, oppidanique omnibus portis armati erumpunt. Ex muris quique nimbum telorum in noſtros jaciunt. Tollitur undique tantus clamor, ut nemora, repercuſſaeque valles reſonarent. Pugnant utrinque acriter ſagittis, et jaculis eminus hoſtes, et enſe cominus. Perſae feroces inſtare ſuo more, nunc raros, diſperſoſque, modo confertos in hoſtem ferri, a fronte, a latere noſtros petere, ruentes incaute circumdare. Tantum denique annixi ſunt, ut noſtri, eorum impetum non ferentes, pedem referre cogerentur, quos perturbatos illi videntes, nec ſubſidium alios ferre, ſed ſuis locis ſe

diei cum *Podienſi epiſcopo* venit, *Albert.* Cap. XXVII. Quod veriſimilius cenſeo, vel ex narratione *Tyrii* Cap. III. *Valde mane ante ſolis exortum cum ingenti multitudine erectis vexillis in armorum fulgore et maximo ſtrepitu caſtris ſe intulerunt, vixque ſarcinas depoſuerant, ut cum aliis in loco ſibi deputato, ſe collocarent, cum ecce circa horam tertiam..... Soii. manus cum ingentibus equitum copiis, qui ad quinqua-*

ginta

tenere, audacius inſtiterunt, et pars eorum perculſos fundere, pars per campum diffuſa reliquos aggredi properabat.

Qua re animadverſa, princeps Goffredus invadit hoſtes, fugientes jam Toloſanos gradum ſiſtere, ac ſecum in pugnam redire cogit, procedenſque in primam aciem hoſtium impetum repreſſit, nec ducis modo, ſed militis arte fungebatur, maxima opera fortitudinis edens, et ubi ſuos premi viderat, impigre ferebat opem. Itaque reſtituit praelium aliquot locis, territoſque ſua virtute confirmavit.

Dum haec ab eo geruntur, duces reliqui vagos per campum nacti hoſtes, cum his celeriter conſerunt manus, quibus fuſis, fugatiſque, in latere majoris agminis curſant. Ibi atrox editur pugna, quoniam hoſtes reſiſtebant fortiter, et qui aufugerant, ad integram aciem redeunt. Tandem vero feſſi hoſtes labore itineris, ac praelii, feſſos etiam habentes equos, quorum multos pedites haſtis, aut telis confoderant, vim Chriſtianorum non tulerunt. Ergo cedentes referunt pedem, ordinem tamen obſervantes, clamante duce, a tergo eſſe colles,

ginta millia aeſtimabantur, *de montibus deſcendens*, etc. *Noſter* infra auget numerum ad CL. millia.

numero *ὑπερβολικῶς* Aquenſis, *ſicut arena maris.* Cultius hunc conflictum De aliis *Noſter* narrat.

les, tutumque receptum, ſi modeſte ſe reciperent. Sed cum eo ipſo acrius, quum inclinatam ſenſere aciem, victores undique ſe invehe-rent, vincente demum verecundiam metu, in fugam ſeſe omnes effuderunt. Minor caedes fugientium fuit, quod ſilvae proximae montesque, in quos hoſtes refugerant, noſtris impedimento ad perſequendum fuere, praeſertim quia locorum ignari erant. Caeſa tamen ſunt ſex (27) millia hominum; par ferme numerus fuit captus. Nicaeni quoque, non abſque magna ſuorum caede, intra moenia ſunt compulſi. Hoc praelio facto duces rati, oppidanos ea clade perculſos aegrius urbem defenſuros, ſi prius eam oppugnent, quam illi ex tanto pavore ſe ſe colligant, poſtero die aggredi moenia decreverunt. Ergo poſtquam illuxit, inſtructi omnes ſubeunt muros, et brevi momento ex parata materia foſſas complent, ſcalaeque multis erigi partibus coeptae, per quas in ſummum evadere promptiſſimus quiſque ſtudebat. Obſeſſi vero putantes, ex ſe ſupplicium, non victoriam peti, minus acerbum fore cenſebant, ſi pugnantes occumberent, quam ſi diruta ur-

 be,

(27) CAESA SEX MILLIA. Variant alii. *Tyrius* Cap. IV. *Interfecti quaſi ad quatuor millia.* Indiſtincte, ut ſolet, *Albertus* Cap. XXVII. *Capita Turcorum amputata intra urbis moenia jactabant.* Solemne hoc,

be, ante ora captarum conjugum, liberorumque inter verbera, et vincula, omnia foeda; atque indigna paſſi exſpirarent.

Igitur cum ſupplicia, mors foeda, ruina urbis eſſent ob oculos; non militaris modo aetas; aut virilis, ſed foeminae, puerique ſupra corporis, atque animi vires aderant, propugnantibus tela, ac ſaxa miniſtrantes; et ipſi, qui erant in muris, certamine laboris, ac periculi conſpectu mutuo accendebantur. Igitur, quan- [illegible] quam

hoc, ut ad hoſtium terrorem *capita* ſuorum; vel *contis ſuffixa* oſtentarent; vel cum horrore *ſpectanda figerent*, imo et *victoriae ſignum alio mitterent*, ut hic duo millia capita Conſtantinopolim navigio miſſa, *Albertus*. Vide infra hoc Libro, et Lib. III. Paria in *Suetonii* Auguſto Cap. XIII. *Servius* Honoratus ad Lib. IX. Aeneid. vs. 465. Sic *caput* (Caſſii) *allatum eſt ad Antonium*. Jul. Capitolin. in Antonino Philoſopho [Cap. XXV.] et in Maximino Juniore [Cap. VI.] *Parmenionis caput* ad Alexandrum miſſum, *Curtius* Lib. VII. [Cap. II. §. 32.] Vide *Marcellinum Comitem* Indict. V. *Ammian.* Lib. XXII. [Cap. XIV.], *Paulum Diaconum* Supplementi Lib. X. *Spart. in Peſcennio Nigro* [Cap. VI.] *Valer. Maxim.* Lib. IX. Cap. IV. §. 3. Cap. IX. §. 1. *Tiliobrog.* Not. ad Ammian. pag. 118. *Jo. Aventin.* Lib. XII. Annal. Bojor. pag. 158. *Poetae:* ſic capiendus *Virgilius* loco laudato.

Ipſa arrectis, viſu miſerabile in haſtis Praefigunt capita.

M.

quam vi ſumma pugnarent noſtri, et feſſis integri ſaepe ſuccederent, multique hoſtes vulnerarentur, multi etiam caderent, nec per aliquot horas ulla eis daretur quies, tamen tantus fuit eorum ardor, adeo praeſens ad pugnam animus, ut noſtros tandem caſtra repetere coëgerint, centum ex illis interfectis, quorum pars major, dum ſcandit muros, vel ſcalas admovet, ſaxis eſt obruta. Quos inter nonnulli fuerunt factis, et genere illuſtres, multi quoque ex praelio ſaucii diſceſſere.

Nec

M. Lucan. Lib. VIII. vs. 680.

- - *Procera ſublimis cuſpide portans*
Ora Ducis caeſi.

Suffixum caput eſt.

Sil. Italic. Lib. II. Punicor. [vs. 203.]

Nec dum irae poſitae,
celſa nam figitur haſta
Spectandum caput.

Et Lib. VII. eleganter. [vs. 704.]

Ora rapit gladio, praefixaque cuſpide portat.

Et Lib. XV. in fine. [vs. 816.]

Cornelius Severus in Epitaphio Ciceronis apud L. Senecam Suaſoria VI. [al. VII. pag. 41. Edit. Pariſ. in fol.]

Oraque magnanimum
ſpirantia pene virorum
In roſtris jacuere ſuis.

Dixi ad illud *Claudiani* uberius ex omnium gentium ritu, Lib II. in Ruffinum. [vs. 134.]

Pro-

Nec eſt ſilendum in ea pugna Goffredi facinus, qui cum ſagittis plures Barbaros confeciſſet, animadvertens, quendam ex muris procero corpore latine loqui; ſuoſque increpare ſtultos, imbelles vocitantem, ſagitta (28) eum transfixum praecipitem ex muro dedit.

Poſtquam in caſtra fuit reditum, convenere ipſi duces, ut in tanto rerum diſcrimine, quid eſſet agendum, conſultarent, hiſque omnibus tandem placuit, operibus etiam oppugnari urbem, atque (29) in lacu claſſem ſtatui, ne per eum praeſidia oppidanis tranſmitti poſſent. Itaque permiſſu Imperatoris, naves multas varii generis contrahi faciunt, ſingulaſque mari deductas, nonnullis (30) plauſtris ſimul junctis im-

Prodigiale caput, quod jam de cuſpide ſumma Nutat.

(28) SAGITTA EUM PRAECIPITEM. Variat *Tyrius* Cap. IX. qui eum, nec latine loquentem inducit, nec *ſagitta*, ſed *baliſta* evictum. *Arcu baleari* id factum apud *Albertum*, Cap. XXXIII.

(29) IN LACU. Aquenſis *Aſcanium* vocat. *Plinius* addit *ſinum* Lib. V. Cap. XXXII. Melius tamen *Aſtacenus*, ad quem *Ptolemaeus* locat *Olbiam*, quae *Nicaea* indubie. Et ſic corrigendus *Plinius*, et eum ſecuti, ex *Strabone* Lib. XII. [pag. 563.]

(30) PLAUSTRIS IMPONUNT. Conſentiunt alii. *Tyrius* Cap. VII. *Copulatis ad invicem tribus, aut quatuor plauſtris, unius noctis ſpatio* per

imponi, quae jumenta, hominesque per ſeptem millia paſſuum, uſque ad lacum traxere, ac parum poſtea in conſpectu ipſius urbis claſſis viris, atque armis inſtructa in lacu conſtitit. Qua re nova hoſtes attoniti, quod ſpem ſalutis pene amiſerant, magno dolore ſunt affecti, velut ſi captam vidiſſent urbem; cernebant enim fugae, aut externae opis viam nullam relictam eſſe, nec poſſe obſiſti, quin demum fame ſuperarentur, niſi forſan Solimanus cum majore exercitu ad ſolvendam obſidionem rediret. Ea ſpes licet exigua, et motus hoſtium, quos implacabiles fore credebant, cauſa fuit, ne urbis dedendae conſilium caperent. Noſtri, paratis omnibus, rurſus civitatem invadunt: tres turres ligneas, armatis plenas, applicant muris, dis-

R

per milliaria ſeptem, et amplius, funibus, humeris, et cervicibus hominum, vel equorum pertraxerunt ad lacum. Albert. Cap. XXXII. *Naves Imperatoris domo conceſſas, a mari per ſiccum iter vehiculis, arte lignorum aptatis funibus cannabinis, et loris taureis, humero, et collo hominum, et equorum impoſitis.* Robertus Monachus Lib. III. pag. 79. *Ut conducerent boves, qui naves ad lacum traherent.* Baldricus Archiep. Lib. I. ad fin. *Scaphae carrucis ſuperpoſitae bobus huic operi miniſtrantibus, uſque ad crepidinem lacus, magno labore deductae ſunt.* Hoc ab aliis factum Commentariis meis in *Aelianum* docui fuſiſſime, nec quicquam hic addo.

diſponunt undique plures machinas, ex quibus lapides in muros emittebant. Clamor pugnantium (31) adhortantiumque accendebat certamen. Eodem tempore urbs a terra, et lacu oppugnabatur. Quidam ſub vineis, teſtudinibuſque, quidam ſub turribus muros ab imo ſubruebant; multi ſcalas moenibus admoventes aſcendere nitebantur; plurimi jaculis, ac ſagittis pugnabant, ex turribus ligneis dimicantes, maxime hoſtem urgebant. Nam praeëminentes muri faſtigio deſuper telis premebant eos, congreſſique eminus multos ex muris deturbarunt.

In tali anguſtia non defecere animis Barbari, ſed hortari ſe invicem, reſiſtere fortiter, pulchrum ſub armis mori dicere, ut patriam tuerentur. Matresfamiliae, dum tela, vel ſaxa illis porrigunt, paſſis crinibus flentes orabant, ut ſua virtute conjuges, liberos crudelitati hoſtium eriperent. Hi paratas antea machinas ad-

(31) CLAMOR PUGNANTIUM. Antiqui Poetae verſus, hoc eſt *Bernardi Scoti*, ut in Petaviano codice, huc ſpectant.

Tu quoque Nicaea dabis iſtis ampla trophaea,
Cum te vaſtabunt, et vaſtatam ſuperabunt,
Jamque ſudeſque, faces, lapides jaculantur in urbem,
Hoſtis terretur, quia jam de morte timetur.
Unde fragor turbae, clamorque ſonabat in urbe,
Pro turba turbae fragor eſt permotus in urbe:
Jam

adverſus turres diſponunt, ex quibus una, quam Germani erexerant, ictu lapidum disjecta, cum magno fragore prolapſa eſt, atque omnes, qui deſuper, aut ſub ea fuerunt, periere. Sub idem tempus a tribus portis erumpunt hoſtes, et magno impetu in noſtros delati, plurimos interficiunt. Ex muris vero faces, aridamque materiam in turres jaciunt, picem, ac reliquas res, quibus ignis excitari poteſt, fundebant. Itaque brevi ſpatio reliquae duae conflagraverunt, pluresque homines eodem igne conſumpti ſunt. Ob quem caſum cum creviſſent Barbaris animi, noſtri autem minuti eſſent, ideoque pugnarent ſegnius, illi vero inſtarent ferocius, duces receptui cani juſſerunt. Ceſſatumque per aliquot dies eſt ab armis, donec turres reficerentur, quod percommodum oppidanis fuit, quia interim partes muri decuſſas, vel perforatas inſtaurarunt. Brevi autem re-

Jam Turci fugiunt, pavidique per omnia ſiunt,
Et male multati nece dira ſunt cruciati.
Hoſtes incluſi, magna formidine fuſi,
Quo ſe converti valeant, non ſunt bene certi:
Hoſtis captivus, condonata nece vivus
Redditur a Francis Conſtantinopolitanis.
His ita patratis ſua mox tentoria noſtri
Deſigunt, et abire parant, ſic urbe relicta
Miſſis legatis Conſtantinopolitanis.

refectis turribus, ad omnes ictus ferendos validis, rurſus urbs oppugnari eſt coepta. Circa turres, machinaſque fortiſſimi milites locati ſunt, qui, ſi fieret eruptio, impetum hoſtium exciperent, atque opera tutarentur. Multa quoque ad vim ignis arcendam ſunt proviſa. Itaque licet nil intentatum hoſtes reliquerint, quo ſternerent opera, vel incenderent, tamen illa egregie ſunt defenſa. Cumque murorum pars ab imo diruta, et icta machinis, tandem everſa nudaſſet urbem, noſtri per apertum nova ſtrage iter tranſcendunt. Eo profecti hoſtes, unde periculum erat majus, conferti ordinibus plurimis firmata acie noſtris reſiſtunt, egregiam quaeri gloriam rati, ſi armis potius, et virtute, quam moenibus urbem tuerentur. Ergo atrox editur pugna, noſtris nitentibus urbem ingredi, Barbaris acriter reſiſtentibus, et cum continue accenderetur certamen, noſtrique praevalere inciperent, nox tandem proelium diremit.

Erat in urbe Solimani (32) uxor ſecum duos fili-

(32) SOLIMANI UXOR. *Proſtrata immani ruina turre domui ſuae vicina noctu fugiens cum duobus tenellis filiis in cuſtodiam data*, Albert. Cap. XXXVI. *Tyrius* Cap. XI. Omiſſam a *Noſtro* miror clariſſimi *cujuſdam Longobardi* memoriam, qui teſtudine mirandi artificii excogitata, unus pene author, tam cito potiundae urbis fuit, *Tyrius* Cap. X. *Albert.* Cap. XXXV.

filios habens, quae ſtrage muri exterrita, monitaque, ut ſibi conſuleret, nec fideret urbi mox futurae in hoſtium poteſtate, primis tenebris navem conſcendens, cum per lacum tentaſſet fugam, a noſtris una cum liberis capitur.

Nicaeni vero eadem nocte, conſilio habito, nullam cernentes viam ſalutis praeterquam in clementia hoſtium, ſtatuunt experiri, num dedere ſe tolerabili aliqua conditione poſſent. Itaque prima luce legatos miſere, qui leges pacis a Chriſtianis acciperent. Hi deducti ad principes praeter ſpem ſuam impetrarunt, ne ſaeviretur (33) in ipſos cives, neve bona eorum diriperentur. De reliquis omnibus poteſtas libera, ipſis victoribus eſt permiſſa, quos reor ad id agendum in primis motos, ut alii hoc exemplo eorum fidem magis, quam arma experirentur.

XXXV. et de teſtudine *Lipſius* ex Polybio, Vegetio, Agathia Lib. II. et aliis.

(33) NE SAEVIRETUR. *Conditio de civium incolumitate per legatos Alexio ſignificata, et Solimani uxor cum liberis Byzantium tranſmiſſa*, Tyrius Cap. XII. *Sequeſter fuit* Tatinus *quidam ſecretorum Alexii conſcius, et dux peregrinis datus, truncatis naribus, improba plane mente*, Albert. Cap. XXII. Is *Tyrio* dicitur *Taninus*. Captivi Chriſtiani redditi, et in his *monialis* quaedam Trevirenſis.

Igitur civitate per hunc modum recepta (34), quam per dies triginta obſederant, communi aſſenſu eam duces Imperatori, et quae prius coeperant oppida ſimul tradunt. Deinde bifariam diviſo exercitu (35), quo illis iter eſſet commodius, et plura oppida in tranſitu caperent, Goffredus dextra, Boamundus laeva profecti ſunt. Quo Boamundus ibat, vallis erat non ſatis culta, quam Gorgoniam (36) vocabant incolae, haud longe a mari diſtans. Ab his Goffredus tribus millibus paſſuum jam ferme aberat. Quod Solimanus ubi accepit, putans fortunam adeſſe rei bene gerendae, Boamun-

(34) CIVITATE RECEPTA. Poſtquam obſidio duraſſat ſeptem hebdomadis, et tribus diebus, ait *Robertus Monachus* Lib. III. pag. 40. Nam pridie Nonas Maji, hoc eſt die VI. *obſeſſa* eſt, ipſa ſcilicet Aſcenſionis ſolemnitate admota arma moenibus, *Baldricus* Lib. I. pag. 95. *capta* eſt die XX. Junii, *Tyrius* Cap. XII. et Imperatori Conſtantinopolitano reddita; *Jacobus de Vitriaco* Hiſt. Hieroſol. Cap. XVII. Errat ergo *Rogerus de Hoveden*, qui Annal. Part I. pag. 267. captam voluit die Sabbatho, XIII. Kalend. Julias, hoc eſt *die XIX. Junii*, et, utcumque ſe res habet, certe conſtat, amplius quam uno menſe obſeſſam.

(35) DIVISO EXERCITU. Diviſio haec, et profectio denuntiata die XXIX. Junii, ſeu III. Kalend. Julias, *Tyrius* Cap. XIII. Late *Albertus* Cap. XXXVIII.

(36) GORGONIAM. Variant in nomine nonnihil. *Gor-*

mundum ſtatuit aggredi. Cum ſuis ergo properans copiis; equitum numero ſatis auctis, ad opprimendum procedit hoſtem. Sed praemiſſi ad exploranda itinera, eum venire, cum nuntiaſſent, noſtri propere arma coeperunt, imbellem turbam (quae magna erat) in quadam palude prope conjiciunt, et eum locum circumdant carris. Deinde dux inſtruit aciem (37) in fronte, ac cornibus locans equites, poſt eos vero peditum robur, armatos leviter, partim ante ſigna, partim circa montes, dextra, laevaque conſtituit, ſagittariis additis, qui facultatem vagandi, ludificandique hoſtibus demerent; cornui laevo Tancredus praeficitur, dextro Normandiae regulus, et Stephanus Carnuenſium princeps, ipſe mediam aciem tuendam ſuſcepit, edito loco ſuos continens, ut melius tutiuſque vim hoſtium reprimerent, nuntiiſque Goffredum admonet, quo in diſcrimine ſit res ipſa, et ut celeriter ferat opem.

Paulo poſt ſuperveniunt Barbari, et magno impetu noſtros invadunt, tot ſagittis ab initio jactis, ut velut nubem in aëre facerent; ideo multi homines, plurimi equi vulnerabantur. Cum veró cominus pugnari eſt coeptum, noſtri vir-

Gorgonia Alberto eſt Lib. II. Cap. XLIII. Eidem Cap. XXXVIII. *Dogorganhi* eſt. Tyrio Cap. XIII. *Gorgoni.* Putant *clauſuram Podandi* eſſe. *Curopalates* pag. 142. Vulgo *Ozelli.*

(37) INSTITUIT ACIEM.

virtute illis praeſtantes, melius etiam ſepti armis, multos ex eis obtruncabant. Qui ubi ſe ſuperari ſenſerant, ſuo more cedebant retro; integri vero excipiebant pugnam, et iidem illi, qui aufugerant, rurſus ad praelium redibant: multi tamen caedebantur, quoniam armati leviter, ſagittariique, undique ipſos vehementer urgebant. Sed tanta fuit hoſtium turba, ut Chriſtiani non modo eos non poſſent frangere, ſed vix, atque anxie ultra ferrent. Saluti fuit natura loci, ductorum virtus, et ſpes propinquae venturae opis. Quas ob res tamdiu extractum eſt certamen, quoad Goffredus cum ſuis venit. Is extemplo adortus hoſtem, terrorem illi, noſtris laetitiam cum feciſſet, belli fortuna mutata eſt. Nam qui aegre Barbaros tulerant, velut tum primum inirent pugnam, refecti animo eos premebant, et qui nuperrime venerant, recentes animis, corporibuſque, ita feroces inſurrexere, ut hoſtium acies perculſa metu tota pene fluctuaret, quam perturbatam noſtri cernentes, acrius annixi eam in fugam averterunt. Multi in acie fuerunt caeſi, multi dum fugiunt, tenente omnia equitatu, paſſim interiere. Major eorum fuit clades, quia praelio feſſi, et metu exſangues cum circumfundi viderent noſtros,

CIEM. Dimicatum ipſis XIII. a II. hora ad VIII. Kalendis Julii. *Tyrius* Cap. *Idem* Cap. XV.

ſtros, quo ſe conferrent, vel quid agerent, non ſatis ſciebant, diſperſique in varias partes facile opprimebantur, nec montes tutam ſatis praebebant fugam, quos Chriſtiani, ſequentes Barbaros, aſcendebant, necubi eos timendos rati, qui diſſipati, fractique animis undique fugere cernebantur: et cum ex captis eſſet cognitum, caſtra eorum non procul abeſſe, ad ea oppugnanda duces contendunt, nec magni certaminis res fuit. Nam qui ex pugna in illa refugerant, hoſtem adeſſe intelligentes, eodem metu deſerunt caſtra, quo aciem deſeruerant. Itaque brevi ſunt expugnata, licet his relicti praeſidio parumper illa tutati fuerint, quae plena omnis fortunae militem ditaverunt.

Cecidere de Perſis millia hominum (38) quadraginta, multi etiam capti fuerunt: ex noſtris autem duo millia ferme deſiderati ſunt. Solimanus, qui cum paucis inter tumultum fugerat, tantum moratus, quantum ſat fuit pro his cogendis, qui evaſerant manus hoſtium, ſpe amiſſa tuendae Bithyniae protinus abiit. Ingreſſo Pamphyliam millia quindecim equitum occurrerunt, ad opem ei ferendam pergentes, quibus hortantibus, ne deficeret animo, ſed cum haberet magnas copias, et ipſi ſecum futuri

S

(38) QUADRAGINTA MILLIA. Magna diſſenſio; nam Solimani copiae erant CL. millia. Ex

turi eſſent, adverſus hoſtes reverteretur: nam eſſe varios belli eventus, et ſaepe accidere, ut quem ab initio fortuna preſſerit, poſtremo magis, ac magis efferat. Reſpondit, neſcire illos virtutem hoſtium, quos ipſe frequenter ſit expertus, eos enim invictos eſſe, cum numero, audacia, fortitudine praeſtent, quodve pluris longe exiſtimet, claros habeant belli duces, nec poſſe ſperari victum exercitum, ac val-

Ex his viri potentes, et inclyti, apud ſuos locum maximum tenentes, ad *tria millia* ceciderunt. *Tyrius* Cap. XV. *De plebe infima Chriſtianorum millia quatuor, viri optimates duo tantum occubuerunt.* Ibidem. *Robertus*, ſcilicet Pariſienſis, et *Wilhelmus* frater Tancredi, *Albert.* Cap. XXXIX. Adde *Ganfridum de Monte Scabioſo.* Baldric. Lib. II. pag. 98. De numero occiſorum indefinite *Robertus Monachus* Lib. III. pag 40. In certamen *trecenta* Turcarum deſcendiſſe *millia* ait, nec de occiſis quippiam. Clare, et nec, ut opinor, vere *Albertus* Cap. ult. Turcorum ad *tria millia* cecidiſſe referunt. De hac irruptione *Bernardus Scotus* cognomento Sapiens, ut in Pauli Petavii libro.

Ecce ſit hic pugna, quae
non fuit omnibus una,
Dum ſic pugnatur, dum
ſic pars prima necatur,
Pars ea Turcorum quae
rivum tranſiit, illa
Protinus invaſit tentoria
Chriſtianorum.
Quos ut viderunt Turcae, mox terga dederunt.
Hinc labor, inde calor,
ſitis improbus, hoſtis,
et arma

No-

valde minutum iis parem futurum, quos re integra longe major non tulit. Ideoque, quod reliquum ſibi fortuna fecerit, ſe minime commiſſurum, ut temere dimicando perditum eat. Ergo qui auxilio venerant, abiere.

Noſtri rurſus, partitis copiis, cum plures vi, aut metu cepiſſent urbes, praeſtare duxerunt inceptum iter mature proſequi, quam ultra pro alieno imperio in Bithynia niti, praeſertim quia,

S 2 victis,

Noſtros invadunt, et ob hoc jam terga parabant.
Noſtris illa dies nimis exitiabilis eſſet,
Adſunt praeſidio Dux Godefredus, et Hugo.
Quam vox pullorum ſtimulat jejuna ſuorum;
Sic ira accenſa penetrarunt agmina denſa.
Militiae tantae bellum nunquam fuit ante.
Hinc timor inceſſit, quo trans ab inde receſſit,
Quid faceret, Turcus, populuſque per omnia ſpurcus;
Ni ſua terga daret, quo venerat, et remearet,
Sed quia cauda prius fuerat, caput incipit eſſe;
Sicque ſuper caudam fugiens ſequitur fugientes.
Qui prius inſtabant, fugiunt per devia quaeque,
Nec curant quorſum, vel in antea, ſive retrorſum.
Jam Saraceni fugiunt, Arabes, Agareni,
Cum Publicanis, Medis, Perſis, Agulanis.
Sed miles Chriſti proſternit eos nece triſti.
Sanguine terra madet, montis rubet undique clivus,
Complenturque ſimul fluitante ſanguine rivus.

Cor-

victis fugatiſque hoſtibus, tot praecipuis captis urbibus, parvum Graecis reſtabat opus, quo totam provinciam occuparent. Igitur quae ceperant, oppidis Imperatori datis, celeriter in Piſidiam (39) tranſeunt; ibi receptis quibuſdam oppidis, quae Chriſtiani colebant homines, ultra procedunt, nec multum progreſſi, regionem ſiccitate ſqualidam intrant, cui quiſquis inerat humor aeſtivo tempore pene aſſumebatur, vapore ſolis cuncta torrente. Unicus amnis per eam fluens, vim aquae magnam ſuppeditabat, ſed ab initio longe diſtans, auxilium ſecum Chriſtianis fuit. Cum enim biduo proceſſiſſent, et parum aquae reperiretur, calor vero eſſet immenſus, nec minus deſperatio, quam deſiderium ſitim accenderet (40), prius ani-

Corpora caeſorum tot erant proſtrata per agrum,
Quod niſi vix ullus currere quibat equus.
Gloria magna Deo tali tantoque trophaeo,
Qui perimit nocuos, glorificatque ſuos.
Corpora noſtrorum cum laude Dei tumulantur;
Corpora Turcorum per campum deſpoliantur.

(39) PISIDIAM. Regio Ciliciae vulgata incolarum lingua *Varſacili* vel *Verſacili*; olim *Solymi.* Strabo, Mela, et Plinius Lib. V. Cap. XXVII. et *Barſacides.* Laonic. Chalcocondylas Lib. V. pag. 92. doctiſſ. *Ortelius* in voce *Phrygia.*

(40) SITIM ACCENDERET. Timendum caſum miſerabili apparatu deſcri-

animi, deinde corpora deficere coeperunt: pigebat conſiſtere, ac progredi, gemebant multi, ceu adeſſet extrema dies jam timentes. Catervae languentium paſſim per caſtra cernebantur, triſte ſpectaculum praebentes, et prius, quam ad flumen veniſſent, quingenti ferme perierunt. Feminae (41) multae ſecutae viros, intempeſtivos partus enixae, vel eo caſu efflarunt animam, vel vitae diſcrimen ſubiere.

Poſtquam ad flumen eſt perventum, inde accidit multis pernicies, unde ſalus quaerebatur. Aeſtu enim, et ſiti arentes, dum immodeſtius bibunt aquam, eorum ſpiritus, opple-

 tis

ſcribit *Tyrius* Cap. XVI. *Coepit populus deficere, ita ut promiſcui ſexus ea die, prae ſitis anxietate, et caumatis intemperie plus quam quingenti ſpiritum dicerentur exhalaſſe.* καυμα hic pro ſumma *caliditate* poſuit, ſic *S. Adelmus* συρβη pro *turba* uſurpat; πνευμα pro *Spiritu S. Columbanus*; uterque *Scotus. Plinius* προβατα latine extulit pro *ovibus.* In numero ſiti pereuntium, et modo convenit cum his *Aquenſis* Lib. III. Cap. I. Addit, et famem, *Baldricus* Lib. II. pag. 99. *Fame, et ſiti defecerunt, uſque ad mortem,* Robertus Monachus Lib. III. pag. 43. *Bernardus Scotus.*

Invenere famam noſtri poſt fertilitatem.

(41) FEMINAE MULTAE. Ex *Tyrio* loco laudato: *Praegnantes prae ſitis anguſtia, et caloris intemperie, ante tempus a natu-*

tis venis, eſt recluſus, atque ita pluſquam trecenti oppetiere, plurimi quoque longo, et gravi morbo correpti ſunt. Triduo ibi ſtativis habitis, pro recreando parumper milite, tot malis anxio, atque affecto, duces omnes moverunt caſtra, egreſſique regionem infeſtam ab eo latere iter tendunt, in quo Piſidiae Antiochia (42) erat nobilis tum, et magna civitas, ea, quae in Syria eſt longe inferior ejuſdem nominis; alia fuit juxta Meandrum amnem poſita. Per ea loca temperie coeli, et cultu amoena omnium rerum commoditatem habebant, Barbaris commeatum praemii ſpe, ac metu praebentibus, quos duces ipſi ab omni injuria tutos fecerant.

In

natura decretum foetus edere compellebantur. Albert. Cap. II. *Foetae mulieres, exſiccatis faucibus, arefactis viſceribus, veniſque omnibus corporis, ſolis, et torridae plagae ardore inaeſtimabili exhauſtis, media platea in omnium reſpectu, foetus ſuos enixae relinquebant.* Ambitioſiſſima autem eſt haec ſitis, et calentis aëris deſcriptio *Benedicti noſtri.* Confer *Curtium* [Lib. VII. Cap. VI.] et *Lucanum* Lib. IX. [vs. 500.]

(42) ANTIOCHIA. Cognomento *Minor*, Tyrius Cap. XVI. Cum eo nomine Seleucus Antiochi F. *ſexdecim* in patris ſui memoriam condidiſſe feratur, *Appiano* in Syriacis autore [pag. 124.] praecipua fuit ea, quae *Syriae primaria* dicebatur, *Tyrio* Lib. IV. Cap. X. *Eunapio* in Libanio [pag. 642.] quae *Rebra* He-

In Lycaonia, ubi eſt ventum, alia rerum conditio fuit. Fugientibus enim ad montes Barbaris, vel urbes opere, ac ſitu munitas, ſuaque omnia ſecum ferentibus, inopia rerum noſtros excipiebat: qui Balduinum Goffredi fratrem, Tancredumque Boamundi nepotem cum magna manu ad explorandum iter praemittunt, reliqui omnes prope ſequuntur, ne deficeret commeatus, neve praeter propoſitum bellare ibi cogerentur. Cito igitur ea decurſa, poſtquam ad fines pervenerunt, docti ab incolis, proxima loca, quae tum petebant, aquis carere, multis utribus aqua impletis jumenta onerant, et paulo poſt intrarunt Ciliciam.

Tan-

Hebraeis, de qua infra. Variant hic alii, et primam a ſiti urbem aditam *Iconium*, et *Heracleam* alii prodidere. *Tyrius* Cap. XVII. De *Iconio* concors *Baldricus* loco proxime laudato: *Robertus Monachus* itidem citatus, qui *Lycaoniae metropolim* facit: *Bernardus Scotus.*

Haec urbs ſuſcepit noſtros, penituſque recepit.

Urbes vero primum aditae ſecundum *Albertum* ſunt *Reclei*, et *Stancona* Cap. III. Porro *Iconium* in Cappadocia locat *Ptolemaeus*; ſed in Lycaoniae praefectura in *Phrygia* eſt *Xenophonti* Lib. I. Expedit. Cyri: in *Cilicia* ponit *Plinius*, et *verum eſt, omnium iſtarum provinciarum quaſi limitem eſſe eam.* Wilhelm. Malmesbur. Lib. IV. Hiſt. pag. 78. Vulgo *Cogni*, Bellovius; *Conia*, Leuclanius; *Cognia* alii. Dum huc ventum

Tancredus vero, agmen praecedens, relicto poſt ſe Balduino ad urbem Tarſum (43), primus pervenit. In ea erat praeſidium hoſtium, cives Chriſti religionem colebant; magna ex parte Graeci Armeni, qui aegre, Barbaros dominari, ferebant, multa indigna tolerantes. Ille igitur fidens, ſi admoveat urbi exercitum, oppidanos non quieturos, ſpe propoſita libertatis, inſtructa acie ſucceſſit moenibus. Verbis tamen prius, quam armis agendum ratus, hoſtes per interpretem admonet, ſi urbem traderent, licere iis cum ſuis diſcedere: ſi vero eam tueri malint, ſe poſtremo in eos victos jure belli uſurum, quibus ad reſiſtendum vires deſint, extrema ope deſtitutis; nec, ſi evaderent ejus impe-

tum venaturus Godefredus parum abfuit, quin ab urſa interficeretur, *Tyrius* Cap. XVII. *Albertus* Cap. IV.

(43) AD TARSUM. Pars exercitus diviſi Tancredo commiſſa prima urbem *Tarſum* Ciliciae metropolim obſederat, *Tyrius* Lib. III. Cap. XIX. *Albert.* Cap. V. *Per Vallem Buetrenton, ſuperatis rupibus, per portam, quae dicitur Juda ad civitatem, quae dicitur Tarſus, vulgari nomine* Turſolt, *deſcendit.* Locum corruptum reſtitue, et lege, *per portam, quae dicitur Juliana.* Tarſenſes in honorem Julii Dictatoris multa circa urbem loca dedicarunt, urbemque ipſam *Juliopolim* vocarunt *Dio Coccejan.* Lib. XLVII. [pag. 344.] Olim κρανια, et ιερα, tum θαρβος, θαρβια, θερβος. *Stephanus.* Poſtea *Anaraſus. Suid.* in voce Meduſa. Deſcribit operoſe *Curtius* Lib. III. [Cap. IV. §. 14.]

impetum, majores copias evaſuros tot urbium, tot nationum victrices, nec apud illos locum veniae ullum futurum. Proinde ſi ſapiant, ſi abire ſoſpites velint, pacem oblatam differendam non eſſe. Barbari, paucis horis ad conſultandum ſumptis, demum data fide, acceptaque portas aperuere timentes populum, quem eis adverſum, et arma ſumpturum intellexerant, ſeramque opem abſentis regis fore putantes. Tancredus ita urbe potitus, quae opulenta, et magna erat, militaria ſigna (44) in ſummo arcis erigi jubet, quod Balduinus factum indignans, qui parum poſtea ſupervenerat, nec aequum cenſens, Tancredi ſigna in arce conſpici, cum eo major eſſet, et clarior,

T vexil-

14.] Patria S. Pauli, *Sanutus Torſell.* Lib. III. Part. V. Secret. fidel. Cruc. Cap. I. vulgo *Teraſſa.* Andreas Thenetus *Hama*, et *Hamſa* Bellonius. *Baldricus*, et *Robertus* nonnihil variant, qui *non Tancredum primum*, ſed *Balduinum* ducis fratrem eo appuliſſe volunt, *eumque ſecutum Tancredum.* Bernardus Scotus.

Hic agmen ſparſum petit urbem nomine Tarſum.

(44) MILITARIA SIGNA. Curioſe evincit *Noſter* Tancredo urbem apertam, et Balduinum tantum ſuperveniſſe: contentionem deſcribit *Robertus* pag. 44. *Baldricus* pag. 100. Etiam inter *Tarſenſes*, et *Tancredianos* dimicatum, finiſque diſcordiae inter eos duces duos factus, *Balduino*

vexillum ſuum, dejectis illis, eodem loco imponi juſſit, ſtudio aemulandi excedens modum ſocialis juris, inſtitutique ſui non ſatis memor, cui certamen modeſtiae, non arrogantiae conveniebat. Quanto enim quiſque eſt major, tanto magis anniti debet, ne juſtitia, humanitate, aut officio ſuperetur. Sed ſaepe exiſtunt in magnis animis, clariſque ingeniis honoris, imperii cupiditates, quae illos frequenter transverſos agunt, dum magis umbram gloriae, quam veram gloriam ſequuntur. Gravi quidem cenſura digni, qui praediti magno ingenio rectam abjiciunt rationem, poſitique in ſummo gradu fiunt plerumque deteriores. Nacti enim rerum arbitria, quodcunque libet, licere exiſtimant, malo exemplo multis officientes. Ut enim virtus clarorum principum ſumme prodeſt humano generi magis, quam alia exemplo potens, ſic eorum exceſſus maxime alios ad malum trahunt, eo quidem facilius, quo humanum genus ad id, quam ad virtutem eſt pronum.

Tancredus vero iram diſſimulans, copia mili-

li-

no ut cederet Tarſus, Tancredo Azera, Mamiſtraque, et plurima caſtella. Sed *Noſter* Tyrium, vel tranſcripſit, vel cultiorem reddidit Cap. XX. Paulo aliter *Aquenſis*, qui Cap. VIII. Armeniis incolis arbitrio rem commiſſam ait, eoſque *Tancredum elegiſſe dominum*, unde ad verba amara ſit deventum.

litum Balduino impar, tacitus eam contumeliam tulit, ac die poſtero inde abiens urbem Adamnem (45) cum ſuis petit, qua occupata, cum audiſſet, aliam civitatem non procul abeſſe, Maliniſtram (46) ab incolis regionis dictam, relicto ibi praeſidio modico, ad oppugnandam eam profectus eſt: tentatiſque colloquio Barbaris, cum nil pacati reſponderetur, corona urbem aggreſſus haud magno certamine illam cepit, multis per iram interfectis.

 In-

(45) ADAMNEM. Ea eſt quae antea *Azera* a *Baldrico* dicta, et ab Aquenſe *Azara* Cap. X. Sed *Tyrio* loco laudato *Adama* audit, meminit *Zonaras* in Nicephoro Phoca, *Nicetas* in Joanne Comneno, et *Procopius* Lib. V. de aedificiis Juſtiniani pag. 449. Diſſentit *Tyrius* a Noſtro, *qui Adamam non a Tancredo, ſed a Guelphone Burgundo expugnatam vult*, conſentiente loco laudato *Alberto*. Sed plures pro *Noſtro*.

(46) MALINISTRAM. Corrupta vox hic, et in *Roberto* pag. 44. ubi *Athena*, et *Manuſtra*. Tu corrige ex *Baldrico* antea laudato *Mamiſtram*, licet *Sanutus Torſellius* Lib. III. Part. V. Cap. I. vocet eam *Adamie*, et hanc *Malmiſtram*. Glycas Annal. Part. II. pag. 430. *Mamiſta* habet; ſed *Mamiſtram* veram, et genuinam appellationem certum eſt: *Aquenſ.* Cap. XV. *Tyrius* Cap. XXIV. *Benjamin. Tudelenſ.* Itiner. [pag. 33.] *Malmiſtras, quae Tharſis olim dicta ad mare ſita:* falſo indubie. *Mamiſtrare* eadem *Gauterio Cancellario*. pag. 442. [in fine.]

Interea trecenti (47) milites caſtris egreſſi, ut Tancredum aſſequerentur, poſtquam ad Tarſum pervenere, petebant recipi intra urbem, ſole jam in occaſum vergente: quibus hoſpitium Balduino negante, quia Tancredum ducem delegerant inviſum ſibi, atque inſenſum, coacti ſunt humi jacere, ac per prata equos dimittere, ne inopia pabuli conficerentur. Hoc conſpicati quidam Barbari, qui poſtremi ab urbe diſceſſerunt, alios praepulere non procul profectos, ut nocte illos improviſos invaderent. Euntes igitur cito agmine fecere in noſtros impetum, et ſtratos paſſim, inermeſque, utpote nil timentes, ad unum omnes interfecerunt. Ea res vulgata in caſtris ingens odium Balduino contraxit: prius quoque inviſo militibus, quod ſuperbus, inſolenſque in Tancredum fuiſſet.

Acceſſit inſuper hiſce malis novum aliud. Nam Balduino, Maliniſtram profecto, petentique intra moenia recipi, Tancredus aditum eum negaſſet memor injuriae ſibi illatae, ardenſque ulciſcendi libidine, illum cum ſuis eſt aggreſſus (48): primi, qui erant Balduini exercitus, abſque ordine incedentes, cum eo trepide manus conſeruerunt, victique brevi momen-

(47) TRECENTI. In numero, et cladis genere conveniunt omnes *Sanutus.* [Lib. III. Parte V. Cap. I.] *Tyrius* Cap. XXII. *Albertus* Cap. XI.

(48) AGGRESSUS. Modus hic pugnae fuit, ut Tan-

mento capeſſunt fugam, quae manaſſet latius, ni Balduinus cum turmis equitum occurriſſet. Is repreſſit Tancredi impetum, tulitque, quoad reliqui milites jam parati praelium exceperunt. Diu atrox fuit certamen, quoniam ira, et virtus aemula pugnam ciebant. Utrinque dux egregius, milites pares nitebantur, nec aliud magis oberat Balduino, quam ſagittarii dextra, laevaque a Tancredo diſpoſiti, a quibus multi homines, atque equi vulnerabantur. Sed procedente certamine connixi tandem Balduini milites, qui longe numero praeſtabant, Tancredum in urbe compulerunt, plures tamen ex eis, quam adverſariis interempti ſunt, magna ex parte ab initio caeſi. Poſtero die cum deflagraſſet utrinque ira, quam offenſio mutua jam expleverat, ſubiit animos cogitatio, quidnam egiſſent, quale exemplum dediſſent reliquis, quam ea diſcordia ſuis coeptis jam partae gloriae adverſaretur. Quid enim foedius dici poſſe, quam ea mente a domo profectos, ut infideles haberent hoſtes, arma in ſe ipſos convertere? invidiam charitati, humanitati ſuperbiam, paci diſcordiam anteferre? ſocialemque fidem, ſalutem, religionem abjicere? decipere multos, qui ducti adverſus hoſtes, pugnare invi-

T 3

Tancredus ſagittarios ad equos militum Balduini ſauciandos emitteret, ipſe cum quingentis loricatis in caſtra irrueret, *Tyrius* Cap. XXXIV. *Albertus* Cap. XV.

vicem cogerentur? Igitur duces ambo, ſuadentibus multis, pacem ſimul conſtituerunt, nullo ſigno redintegrati amoris praetermiſſo, quanquam ſimultatis reliquias remanſiſſe in eis, poſteriora tempora oſtenderint.

Poſthaec Balduinus in caſtra rediit pro Goffredo anxius fratre, quem aegrotare audierat, urſi morſu graviter ſaucium. Ea belua magnitudinis mirae ipſi duci obviam facta venandi ſtudio nemus luſtranti, quo inſidebat occiſo equo, crus ejus dextrum morſu transfixit, deinde erecta in pedes poſteros eum prioribus eſt complexa, qui ferens fortiter beſtiae impetum, et ejus vi ad terram lapſus, cervicis pilos laeva apprendit, ne illa os propius admoveret, dextraque educto gladio, qua molli cute feriri poterat, pectus ejus mucrone hauſit, atque ita perempta eſt.

Tancredus autem ultra progreſſus, pleraſque alias vi, aut metu recepit urbes, nonnullas quoque major exercitus occupavit. Nam Syriae propinquantes, ibique bellum geſturi opportunum cenſebant finitimas regiones capere, ſi magno certamine opus non eſſet.

Dum per Ciliciam iter faciunt, Armeni eis occurrunt (49) nuntii magnopere ſuadentes, ut

(49) ARMENI EIS OCCURRUNT. Is fuit *Pancratius* quidam profeſſionis Chriſtianae, *Tyrius* Lib. IV. Cap. I. *Albertus* Cap. XVII. *Noſtro* pau-

ut Armeniam peterent, accolas enim ejus provinciae Chriſtianos ferme omnes eſſe, ferentes aegre Perſas dominos, votiſque omnibus optantes, ut victor exercitus ad eos pergeret, ſpem quippe illos habere hunc vindicem libertatis Armeniorum futurum, ac putare miſertum Deum illorum cladis talem opem obtuliſſe. Proinde ajebant, ſe a plurimis miſſos, qui duces ad opus tam pium excitarent, praeſertim quia Perſae praefecti provinciae pauci, et inconditi nullo negocio pelli poterant, nec decere tot Chriſtianos ab his negligi, qui pro Chriſtiana ſalute tantum iter emenſi erant. Horum verbis permoti duces veriſimilia referentium, neque ignari Chriſtum Armenos Deum colere, prout ex multis jam acceperant, miſerunt quoſdam cum parte exercitus, qui majorem Armeniam occuparent, quorum adventu erecti populi, qui ceu ſervi habebantur, defecere ad eos pene omnes: pauci fuerunt, quos in officio erga hoſtes non fides continuit, ſed metus: earum incolae urbium, ad quas Barbari ſe reduxerant, natura loci, opereque munitas reliquere; quas oppugnare adorti milites brevi eas variis modis occuparunt.

paulo inferius *Pancraces.* Inter haec Pyratae Belgae, quorum praecipuus *Winemarus*, ut apud *Albertum* Cap. XIV. vel *Guinemercus*, ut in *Tyrio* Cap. XXIII. damnata latrocinandi impietate ad iter ſanctum animos,

runt. Ea res magnam gloriam peperit noſtris; Barbaris vero vicinis metum, vires hoſtium tantum auctas formidantibus, quaſi fatales pro ipſis delendis adveniſſent. Sciebant enim, moviſſe noſtros ab ultimis pene orbis oris, locorum, gentiumque victores mare tranſiſſe, deinde, victis pulſiſque hoſtibus, Bithyniam occupaſſe, invitis Perſis penetraſſe, Pamphyliam, Ciliciam quoque, poſt Armeniam ſubegiſſe, ſemperque fuiſſe invictos. Ergo putabant, quodam numine illos actos tantas res tam brevi adeo geſſiſſe, nec fati vim quieturam, priuſquam Syriam armis doment.

Dum haec in Armenia geruntur, major exercitus Cappadociam intrans, quae a meridie Syriae jungitur, Caeſaream (50) tradentibus oppidanis, recepit veterem urbem, et opulentam, quae Mazaca dicebatur, priuſquam illi Tiberius Caeſar mutaret nomen: deinde, captis pleriſque aliis, Syriam ipſam ingreſſi ſunt. Reliquerant vero in Cilicia Tancredum, qui eam

mos, et opes ſuas conferunt: et multa fuere praeclare in Armenia a noſtris geſta, quae hic omiſſa a *Tyrio* Lib. IV. peti poſſunt. *Bernardus Scotus.*

Gens fera Francorum terram ſubit Armeniorum,
Quod petit, aſſequitur miles, patriaque potitur.

(50) CAESAREAM. Ciliciae haec Metropolis, Ro-

eam cum parte exercitus totam ſubjiceret. Erat in caſtris Parcaces quidam, Armenius genere, Balduini familiaris, qui ſaepe affirmans, regionem eſſe a latere Aquilonis fertilem, atque amoenam, et eam colere Chriſtianos Perſis parentes, paucos ibi morari hoſtes, qui univerſis populis praeſunt, pepulit eum a fratre petere, ut pro illa occupanda ſibi equites, ac pedites daret: a quo ſex millibus equitum, decem peditum acceptis, ad ea loca duce Armenio eſt profectus; neque iis coeptis domina rerum fortuna defuit. Vix enim regionem attigerant, quum aliquot populi defecere ad eum, repertoſque in oppidis hoſtes occiderunt. Qua re Balduinus elatus putans, fortuna ſe offerente utendum eſſe, mox ad reliqua oppida copias duxit, quae, fugientibus Barbaris, populos pariter, et hoſtem timentibus abſque certamine recepit, longe, ac late imperium tendens, quod parte una Euphrates (51) amnis terminabat; trans fluvium ipſum civitas

 erat

Robertus Lib. III. [pag. 44.] Bernardus Scotus:

Huic cum Caeſarea traditur, et patria.

(51) EUPHRATES. Vix ullus in antiquitate celebrior amnis, initio nomen ei *Pyxiratus*: ubi Taurum montem ſuperat, *Omira* eſt Plinio. *Medus*, ſeu etiam *Zaranda* Plutarcho Lib. de Fluminibus. Hebraeis *Parath*, Arias Montanus. *Perath* Santes Pagninus.

erat armis, viribus et opibus praepotens Rages tum ab incolis dicta. Eam tenebat Chriſtianus quidam Graecus genere, Chriſtianis quoque imperans civibus, metu vero circumſtantium hoſtium quolibet anno tributum pendens illis protinus parebat. Quam rem idcirco tulerant cives, quod longe impares erant Barbaris, et opem externam deſperabant. Sed poſtquam acceperant, Syriam noſtros jam ingreſſos, ac vulgo ferri non prius ultra profecturos, quam eam armis omnem ſubegerint, erecti animo nil aliud exſpectabant, quam dari occaſionem rebellandi. Sed princeps eorum alia quadam mente praeditus res novari minime cupiebat Barbaro magis, quam Chriſtiano ſimilis, verſatuſque cum Perſis diutius eorum fidem ex parte praeferebat.

Igitur cives illi infenſi, parum abeſſe Balduinum ſcientes, arma corripiunt, occiſoque principe ſanis conſiliis adverſante miſere nuntios Chriſtiano duci, urbis dominium offerentes, qui ſatis doctus, eam urbem claram eſſe,

nus. Pars ejus, quae in meridiem derivata, ne infeſtaret Babylonem eſt *Armalchar*, ſive *Armacale* Euſebio. *Narmalaches* Sozimo. *Naarmalcha* Marcellino: quaſi *flumen Regium* Plinio, quare *Regius* Ptolemaeo, vel verius *Baſilius*. *Aſſyrius* Callimacho. Hodie *Cober* Collenutio. Plura doctiſſ. *Ortelius.*

eſſe, ac facile fore, ut, illa recepta, proximae urbes occupentur, cum toto exercitu amnem trajecit, celeriterque ad Ragem (52) veniens ab effuſis obviam civibus miro applauſu eſt receptus; quorum ſuaſu poſt dies paucos ad oppugnandam Serorgen (53) vicinam urbem contendit; praeerat illi Perſa quidam non fortunae, vel temporis homo, ſed qui pro fide pati extremo ſtatuerat, qui exiſtimans id, quod accidit, moturum ſcilicet bellum hoſtem, urbem (ut potuit) munierat, nec illi ceſſurus videbatur.

Poſtquam ad urbem fuit ventum, dux equo moenia circumvectus, ut ſitum ejus contemplaretur, corona illam aggredi ſtatuit. Reverſus ergo ad ſuos propere fieri, quid velit, cum oſtendiſſet, tuba dat ſignum invadendi, concurſuque undique facto milites acriter ſubeunt muros, et, qua erat facilis aditus, multi per ſcalas aſcendebant, ſublatis ſupra capita ſcutis, ut ictus deſupèr evitarent. Sagittarii circumfuſi, atque jacientes tela his tutiorem adſcenſum

(52) RAGEM. Eadem *Ruſa*, Roberto Monacho ad finem Lib. III. et Baldrico pag. 101. Eadem eſt *Rages*, apud Sanutum Part. V. Cap. II. *Roha* Alberto Cap. XIX. Ortelio *Rageia*; nec *ſana* et haec appellatio, ob multiplicia hujus loci, et aliorum nomina. *Ortelius* in *Bambyca.*

(53) SERORGEN.

dabant, ita hoſtem turbantes, ut vix ſe muris oſtendere auderet. In tali diſcrimine aderat urbis princeps hortator ſalutis, patriae, liberorum, conjugumque, ac ſuae patriae ſingulos admonens, et ad clamores repentinos, aut trepidos nuntios, ut quiſque maxime laborabat locus, ipſe occurrebat, vel mittebat aliquos; urbis primores muros diſcurrere, fortes hortari, ſegnes accendere ad pugnam juſſerat, quibus artibus unus maxime, ne urbs caperetur, cauſa fuit: cives enim ardentius nixi fortiſſime reſtiterunt multos de ſcalis deturbantes: dumque alii ſuper alios ruunt, ingens tumultus excitabatur, et lapides, aut tela in muris ſubjectos inſtar creberrimae grandinis cadebant. Quorum periculo animadverſo, cum jam irritus eſſet labor, et hoſti ſucceſſu creſceret audacia, dux receptui ſignum dedit. Verum, ne hoſtes reſpirarent, oppugnatio per aliquot dies continuatur ita, ut nullum tempus dimicatione vacuum eſſet. Nec aliud aeque obſeſſos, ac vigiliae conficiebant, labore aſſiduo eos urente, cum pauci numero illum remittere nequirent, noſtris vero invicem ſuccedentibus ob militum copiam quies dabatur.

Bal-

Alberto *Sororgia*, et ejus urbem *Edeſſae vicinam* dedux *Balas* Cap. XXV. ſcribens, et praefectum *Tyrius* conſentit Cap. VI. *Balac* vocans. Sanuto eſt

Se-

Balduinus cum ſciret confectos labore, ac vulneribus cives, bifariam copias diviſit, jubens, unam aciem urbem aggredi, deinde feſſam caſtra repetere, atque illi ſuccedere aliam, et primam poſtea pugnam reſumere, nec prius eos alternando reſiſtere, quam dies jam inclinaret, et cum atrox eſſet certamen, et oppidani anxie reſiſterent, dux, occidente jam ſole, ſuos reduxit, et hoſtes rati, Chriſtianos feſſos finem proelio feciſſe, praeſertim quia diebus priſtinis ferme hora eadem deductos eos ab oppugnatione meminerant, magna ex parte moenia reliquerunt mirum in modum fatigati. At Balduinus, quod fere putarat, eveniſſe intelligens, cum toto exercitu urbem invaſit. Adverſus quem undique ad opem ferendam occurrunt cives ita tamen metu exangues, ita feſſi ac debiles, ut facile appareret, eos vim hoſtium non laturos. Procedente certamine cum vehementer noſtri inſtarent, et urbi praeſidens minus caute in ipſis moenibus verſaretur, transfixus telo moribundus cecidit, ad cujus caſum omnes territi, amiſſa ſpe tuendae urbis, portas Balduino aperiunt, pacti prius, ne oppidum diriperetur, et eos poſſe abire incolumes, qui remanere in eo nollent.

V 3 Non

Seroge loco citato. Bernardus Scotus:

Nobilis a Saracenis Serorgia capta.

Non longe aberat alia civitas Sarines (54) ab indigenis dicta, cui quidam Balduch nomine dominabatur. Is alienis doctus malis praeſtare duxit pro pecunia urbem tradere, quam ultima expertum oppetere. Igitur, miſſis Balduino legatis, tandem pepigit, ut, millibus quindecim Byzantiorum receptis, illi civitatem relinqueret. Qua pecunia perſoluta ex gaza quondam Graeci principis, urbs noſtris tradita eſt.

Inter haec major exercitus Antiochiam petens urbem occupat Marſem (55) vocatam dedentibus oppidanis, nam, praeſidio illo relicto, metu noſtrorum aufugerant. Huic praeficitur Petrus quidam Gallus (56) genere vulgo Alpinus cognominatus.

Progreſſi ulterius ad Coſaor civitatem venere, quae intra triduum expugnata in praedam militibus conceſſa eſt, ut fructum aliquem tot laborum ſentirent.

Dein-

(54) SARINES. Non urbs, ſed *caſtrum Samuſart* Alberto Cap. XXI. cujus princeps *Balduc* ibidem, et Cap. XXXIV. At Balduinus multo pretio a praefecto Balduc emit Edeſſam. Cap. V.

(55) MARSEM. Mire etiam hic variant. *Maresh.* apud Albert. Cap. XXVII. *Maraſia* Tyrio Cap. XXII. Lib. III. *Maraſin.* Baldrico pag. 101. *Maraſim* Roberto Monacho. *Maraſym* Sanuto Cap. III.

(56) PETRUS QUIDAM GALLUS: Variant

Deinde vallem ingreſſi Ruſiam tunc ab indigenis dictam, uti ad exitum pervenere, qui anguſtus admodum erat, reperiunt eum ab hoſte infeſtum, quo tranſitum impediret. Et erant millia hominum duodecim, qui in locis anguſtis, et praeruptis conſtiterant, qui dejectis poſt longam pugnam cum magna caede profligantur. Poſt quam victoriam pleraque oppida illius regionis armis noſtrorum capta ſunt.

Iter poſt haec (57) per montes coeptum; loca aſpera atque inculta, per quae via praeceps, et arcta erat veſtita ſpinis, vepribuſque, aut virgultis, atque arboribus, quibus deſerta veſtiuntur: ea pene inſuperabilis fuit, praeſertim equiti, cui ſepes, ramique arborum ſupra modum nocebant, plurimi etiam cum equis ruentes in cavos anfractus deciderunt, et jumentorum ferentium ſarcinas par erat fere per ſaltum ſtrages. Deinde in valles eſt deſcenſum aeque incultas, ac ſilveſtres, per quas affecti

ant hiſtorici, nam Petrus hic, non *hanc*, ſed *aliam* prope Cappadociam opulentam accepit civitatem. *Sanutus* loco laudato. *Plaſtentia* a Baldrico vocatur, et ille *Petrus de Alſia* pag. 100. alii *Noſtro* concordes.

(57) ITER POST HAEC. *Curtianum* hoc, ut multa alia hoc opere praeclara imitatione.

cti multis incommodis tandem ad culta venerunt loca, monitique ab incolis regionis, prope Orontem (59) amnem fluere, quem trajicere oporteret; nec vallo illum, ſed ponte ſolum tranſiri poſſe, qui unus ab hoſte cuſtodiretur: eſſe praeterea citra flumen Antoſiam (60) urbem, quam Chriſtiani cum Barbaris habitarent, et eam facile occupari poſſe, quia plures Chriſtiani, quam hoſtes eſſent.

Miſere mox Normandum principem cum manu peditum, atque equitum, qui ex ponte hoſtes dejiceret, et Flandriae regulum cum ſuo exercitu, qui Antoſiam expugnaret; quo urbi appropinquante, diffiſi Perſae, tueri eam ab hoſte poſſe, in arcem refugiebant. Sed Chriſtiani, qui erant intus, armis arreptis, eos interfecerunt, patefactiſque portis noſtri in urbem ſunt recepti.

Major labor Normandum excepit, qui ad flumen perveniens, poſtquam vidit, pro ponte

(58) COSAOR. Baldrico *Coxos* eſt nobilis, et opulenta civitas; forte *Caſtellum Publicanorum*; Sanuto, Roberto, et aliis.

(59) ORONTEM. De fabuloſis illius diſerte *Tyrius* Cap. X. τυφων dicitur Straboni. *Lado* Philoſtrato Lib. I. vita Apollonii. *Oriens* Egeſippo Lib. III. *Draco* Euſtathio. Hodie *Soldeno* eſt Mario Nigro. *Tarfaro* Olivario. A Perſis non multum diſſitis *Beinelnaharaim*. Falſo *Vivus* a Caſio monte ortum prodit. Late, et culte *Tyrius* Cap. VIII. *Al-*

te ſtare armatos multos, ac trans flumen in capite pontis (61) duas turres praealtas eſſe, in quibus multi milites erant, putans, magnum certamen ſibi inſtare, nec minus ingenio, quam viribus opus eſſe, tale conſilium capit: quendam ex ſuis cum mille equitibus ſecus amnem de prima vigilia ire jubet, ac tantum progredi uſque ad iter diei unius, ut vadum ad tranſeundum reperiat, et, poſtquam trajecerit, fumo ſignificare, atque a tergo hoſtem invadere. Ipſe autem prima luce quoſdam praemiſit, qui Perſas laceſſerent, et ſenſim cedendo citra pontem protraherent. Ubi vero ſignum accepit, ſuos jam tranſgreſſos amnem haud procul abeſſe, totis viribus Perſas aggreditur, qui fortiter propugnantes noſtros a tranſitu arcebant, et hi erant maxime noxii, qui ex turribus dimi-

X

Albert. Cap. XXX. tradunt *Ferne*, et *Farfar* dici vulgo. *Sigebert. Gemblac.* Anno MXCVII. *Albert.* Cap. XXXVIII. et XXXIII. dixi Comment. in *Claudianum* Lib. III. de Raptu. [vs. 375.]

- - - *Apollinei nemoris nutritor Orontes.*

(60) ANTOSIAM URBEM. Corrupta et haec vox. *Arthefia* eſt Alberto Cap. XXVIII. XXIX. XXX. et alibi. *Arteſia* Tyrio Cap. VII. VIII. *Artaſe civitas praedives.* Sanut. [Parte V. Lib. III.] Cap. III.

(61) CAPITE PONTIS. Hic ab hiſtoricis *Pons ferreus*,

micabant, tormentis ac telis deſuper ferientes, et forſan fuiſſet labor irritus, ni auditus a tergo clamor turbaſſet hoſtes, qui videntes, tranſiſſe amnem Chriſtianos, veriti, ne undique circumventi caederentur, fuga effuſa, pontem reliquerunt. Plurimi tamen fugientium ab inſequentibus noſtris capti fuere, aut caeſi. Ita ponte, turribuſque occupatis majores copiae ſuperveniunt, et pontem tranſgreſſae prope illum metarunt caſtra; nec aliquis ducum, aut militum aberat, Balduino excepto, qui una cum ſuis in Rage urbe, ac proximis agris morabatur. Tancredus enim, ſub acta Cilicia, et alii ex Armenia redierant.

Ibi conſilio advocato (62), cui ductores omnes intererant, agitatum eſt, num obſidenda Antiochia eſſet, ducto mox ad eam exercitu, an

reus, ob operis ſoliditatem dicitur, *Albert.* [Lib. III.] Cap. XXXIII.

(62) CONSILIO ADVOCATO. Praeclaram hanc deliberationem habes in *Tyrio* Cap. XII. Factum id menſe *Septembri* Jacobus de Vitriaco Cap. XVII. die XVIII. *Octobris*, Tyrius Cap. XII. Habebat exercitus ſub ſignis, cum ad Antiochiam deventum eſt, *praeter aliquot millia faeminarum, et puerorum ſexcenta millia*, Albertus Cap. XXXVII. *Dimidio minor* eſt apud *Tyrium* numerus loco ultimum citato.

an hyeme inſtante (November (63) enim menſis erat) differri obſidionem placeret: maximae parti videbatur, quietem militi dandam eſſe, mittendo eum per captas urbes, ut ex labore continuo reficerent; praeſertim, cum urbs tam valida longa obſidione domanda eſſet; in qua per hyemem gravia multa ſubirentur, praeſertim fames prae inopia commeatuum; qui mari, ac terra clauderentur. Ergo ſi tunc civitatem obſideant cum multis incommodis, et hoſte ſimul luctandum eſſe. Aſſurgens autem Goffredus in hunc modum locutus fertur.

„ Si quiſque veſtrum (64) animo reperet, „ qua mente a domo profecti ſumus, et quid „ periculi differendo in bello adeatur, minime „ forſan praeſentem quietem ſaluti, et laudi „ anteponet. Sic enim quies eſt optanda, „ ſic a periculis eſt cavendum, ut prius decoris, et ſummi diſcriminis ratio habeatur; „ ab iis praeſertim, qui rebus magnis clarum „ initium dederunt. Praeſtat enim res arduas non incipere, quam coeptas temeritate; „ aut

(63) NOVEMBER MENSIS. Dubito, ut parum recte: nam in *Septembri* caſtra metatum ibi voluit cardinalis *Vitriacus*: in *Octobri* Tytius: accedit *Robertus Monachus*, qui XIX. *Octobris* obſeſſam vult: aut die XXI. *Octobris*, Henric. Huntindon. Lib. VII. pag. 215.

(64) SI QUISQUE VE-

" aut metu deſerere. Vobis domi quietem a-
" gentibus Chriſti religio, noſtrorum clades,
" laudis amor pia, et juſta induerunt arma.
" Vos relinquere patriam, ſummos labores,
" pericula maxima ultro ſubire ſtatuiſtis, non
" ignari, quam gravis, quam anceps haec ex-
" peditio futura eſſet. Nam quis putaret me-
" diocriter ſapiens, tam longum iter facile
" confici, tot vinci hoſtes, tot oppida expu-
" gnari abſque ſummis difficultatibus poſſe? de-
" cet ergo tanta exorſos majore ſtudio ſemper
" niti, labori, vel metui non ſuccumbere,
" fortunae ſecundae non deeſſe, habere tem-
" poris rationem; cujus occaſio ſi praetervo-
" let, nequicquam poſtea coneris. Itaque, ſi
" oſtendero, tantum bellum gravius fore,
" quanto magis differatur, et multa interim
" poſſe accidere, quae cladis magnae, vel
" ſummi periculi cauſa eſſent; ſic oportebit
" vos decernere, ut veſtro decori, ſalutique
" omnium conſulatur. Cunctis, ut ſcio, ſa-
" tis conſtat, provinciam hanc Perſarum regi
" prorſus parere, cujus arma, et opes illa pol-
" lent, ut per Aſiam totam timeantur, qui ſi
" adhuc quietem egit, fiſus forſan illis copiis,
" quas praefecti ejus habebant, vel aliis rebus
" occupatus, ubi acceperit, victos exercitus,
" tot

VESTRUM. Ingenio- ſiſſima indubie, et Latino
aevo

" tot provincias captas eſſe, ac Syriam totam
" bello uti, nec diu vobis reſiſti poſſe, com-
" movebitur, credo, et propriis jam admotas
" vires armis delere properabit. Nam quid
" aliud credi poteſt? niſi hunc forſan imbel-
" lem, ſtultum, ſui oblitum arbitremur? cu-
" jus res geſtae adeo magnae referuntur, quem
" univerſus metuit oriens, cui tot gentes fero-
" ces parent, qui libidinis augendi regni dedit
" ſaepe documenta maxima. Si ergo placeat
" operari aeſtate, hyeme autem conquieſcere,
" facultas dabitur huic regi arma, viros, equos
" parandi, ferendique ſuis optatam opem,
" quos licet nunc haud dubie vincere, claram-
" que urbem per ſummum otium expugnare.
„ Patet igitur, quid periculi, rem differendo,
„ ſubeamus: neque id parum exiſtimo, quod
„ reges alii, qui hunc fortaſſe prius oderant,
„ veſtras opes tantum creſcere, non aequo
„ animo patientur, et Perſas potius, quam
„ vos dominos in his provinciis eſſe volent,
„ quod eorum religioni adverſi eſtis; Perſae
„ vero eandem ſervant, ideoque vos magis,
„ quam illos formidabunt, nec de imperio vo-
„ biſcum, ſed de vita, et ſanguine dimican-
„ dum credent. Hi ſi arma cum illis jungent,
„ quo in diſcrimine tandem erimus? an pauci

aevo conferenda haec Go- defredi concio videtur. Diſ-
ſimilis,

„ tam multos feremus hoſtes; num commeatu,
„ illis invitis, abundabimus? an, ſi (quod Deus
„ avertat malum) illi in bello magis poterunt,
„ ſpes evadendi erit ulla, vel opem a domo ar-
„ ceſſemus? Igitur, dum quieſcunt, dum hyems
„ eos domi continet, dum rogari multi expe-
„ ctant, adeſt nunc facultas Antiochia potiundi,
„ qua non uti, ſed cum deſidia tempus terere,
„ hominis eſt a veſtra virtute alieni, qui de bo-
„ no communi, de vera laude non cogitaret.
„ Id ne quoque vos commovet? quod videlicet
„ urbi praeſidens tanto melius eam muniet,
„ quanto magis obſidio differetur, ſuorumque
„ animi magis indies confirmabuntur, atque
„ inde augebitur labor, unde a vobis quaeri-
„ tur quies. Quale igitur eſt conſilium, in id
„ tempus rem differre, in quo pernicies prope
„ certa, labor immenſus proponatur, et vano
„ metu corpus idoneum, nihil agendo, labi
„ ſinere? Quod ſi liceret otio frui, ac tuto
„ aeſtatem exſpectare, tamen veſtra virtute di-
„ gnum eſſet, non lente, vel molliter bellum
„ gerere, ſed eo ſtudio, atque animo, ut nec
„ vinci labore, aut periculo videamini. Plu-
„ rimum quoque intereſt ad diſciplinam mili-
„ tiae inſueſcere milites noſtros, non ſolum
„ parta victoria frui, ſed, ſi etiam res ſit len-
„ tior,

ſimilis, et longe inferior arte, et eloquentia eſt il-
la,

„ tior, pati taedium, et quemvis ſerae ſpei
„ exitum exſpectare; nec, ſicut aeſtivas aves,
„ inſtante hyeme tecta, ac receſſum circum-
„ ſpicere. Nam ſi venandi ſtudium, ac volu-
„ ptas hominum per nives in montes, ſilvaſque
„ rapit, num belli neceſſitatibus hanc patien-
„ tiam adhibebimus, quam uſus, ac voluptas
„ elicere ſolet? Adeone effaeminata corpora
„ noſtrorum militum eſſe, putamus? adeone
„ molles animos, ut hyemem unam durare in
„ caſtris non poſſint? Erubeſcant profecto, ſi-
„ quis hoc illis objiciat, contendantque ani-
„ mis, et corporibus ſuis, vim ad majora fe-
„ renda ineſſe, ac meminiſſe, gloriam ipſam
„ non in umbra, et tectis quaeri conſueſſe,
„ ſed multo ſudore, praeclaris geſtis, invicto
„ corporis, atque animi robore. At commea-
„ tu per hyemem carebimus (ita enim quidam
„ dicebant): quod, uti res nunc ſe habet, mi-
„ nime verum eſſe poteſt, nam captae urbes
„ commeatum dabunt, ad idemque regiones
„ finitimae vi, aut metu compellentur, eo
„ quidem facilius, quo, quicquid roboris ho-
„ ſtes habent, in Antiochia eſt incluſum.
„ Reliqua loca nuda pene praeſidio remanſe-
„ runt, et ſi huc uſque vos profectos arma ipſa
„ aluerunt, cur deinceps inopiam formidatis?
An

la, quam *Antiſtes Podi. enſis* habet, ut ad obſidi-
onem

„ An deficient nobis animi, an manus torpe-
„ bunt, an pejores in bello erimus, quam ab
„ initio fuimus? Nec mare etiam toto hoc
„ tempore clauſum erit, quin mercatores ex
„ ipſa Graecia, et aliis locis ad portum nobis
„ propinquum tendant, frumentum, et alia
„ ferentes, quae vos emere, atque in caſtra
„ deferre vetabit nemo. Et proponitur diffi-
„ cultas, cum forſan longa foret obſidio.
„ Quid ſi brevi urbs caperetur, prout poſſet
„ accidere, nonne cauſae, quae vos angunt,
„ vanae protinus apparerent? puderetque con-
„ ſilii veſtri, quod rem praeclaram, adeo ſa-
„ lubrem perturbaſſet? Quod, ſi ſpes defice-
„ ret noſtra, commeatuque carebimus, lice-
„ bit mox obſidionem ſolvere, militemque in
„ hyberna deducere, neque id parum ad lau-
„ dem proderit, ſi non per ignaviam, ſed co-
„ acti ceſſiſſe videamur. Proinde vos hortor,
„ atque oro, ut, qua virtute bellum coepi-
„ ſtis, eadem quoque proſequamini, ne quid in
„ vobis praeſentes increpent, vel poſteri, neve
„ poenitentia ſera malum conſilium ſequatur.

Tali oratione permoti omnes, exercitum ducere ad Antiochiam obſidendam decreverunt.

onem peregrinos hortetur, *Albertus* Cap. XXXVI.

BE-

BENEDICTI ACCOLTI

DE

BELLO

A

CHRISTIANIS

CONTRA BARBAROS GESTO

Pro Chriſti Sepulchro, et Judaea recuperandis,

LIBER TERTIUS.

LIBRI TERTII
ARGUMENTUM
GEORGII CONAEI SCOTI.

Cingitur Antiochi clara urbs, Aſiaſque fideles
Satrapa praeſtat opes; nuſquam majoribus auſis
Certatum. Miles Godefredi vulnere paulo
Moeſtior; inde fames, fugit et Tatinus, et omnis
Pons ruit in caſtris. Muſerus fratre necato
Militat in Chriſti obſequium, noctiſque ſub umbra
Immittit fortem Boamundum in moenia ſcalis
Admotis, caedes; et mortis imago cruenta
Saevit in infidos. Rages vallatur; at inde
Corbagus accelerat, noſtros atque allicit extra,
Et poſitis fugat inſidiis, arcemque minatus
Intrat inacceſſam. Stephanus vexilla refigit
Deſertor, repetitque ſuos; tum lancea Chriſti
Vulnere nota ſacro media reperitur in aede.
Pugna atrox oritur, Chriſti victoria cedit
Militibus. Templum Petri purgatur, et ultra
Euphratem Balduinus abit; ſed peſtis in urbe
Graſſatur. Veniunt Germani in caſtra. Marani
More crucem foedo lacerant; ſed crimina digne
Morte luunt. Syria eſt pacata, et reddita Chriſto.

BE-

BENEDICTI ACCOLTI DE BELLO SACRO.

LIBER TERTIUS.

ANTIOCHIA urbs (1) in valle ſita uberes circa, irriguoſque ſalubribus aquis campos habet: ab oriente ſubjacet montibus, qui culti, et fertiles millia paſſuum quadraginta longitudine, ſive ambitu explent: ex his fontes, multi rivi perennes, puri ubique manant

(1) ANTIOCHIA URBS. *Colonia Romana*, ex Ulpiano J. C. *Onufrius Panvinius*, et *nummus* M. Aurelii. *Epidaphne* nonnullis, licet *Tacitus* Lib. II. [Annal. Cap. LXXXIII.] diſtinguat. *Plinio* [Lib. V. Cap. XXI.] tamen malo credere: *Antigonia* ab auctore, *Georgius Cedrenus*. Vulgo *Alepo*, Villonovanus. Sunt vero *aliae* eodem nomine urbes non paucae, ſed praeclariſſima *Antiochia Meandri* ſub metropolita Stauropolitano *in Caria* apud *Leonem* in Diſpoſitione: *Bellonius* Lib. I. Cap. CV. de qua Libro ſuperiori Noſter. (*p.* 142.) *Antiochia Piſidiae*, cujus ibidem obſidio habetur. Archiepiſcopatus eſt ſub patriarcha Conſtantinopolitano, vulgo *Tachia*. Et repe-

latices. In his eſt lacus nobilis valde piſcium copia, ſex millibus paſſuum ab urbe diſtans; qui mons a meridie vallem claudit, Orontes (2) dicitur, et hunc inter, amnemque Orontem dictum, civitas ipſa ſita eſt; ab occidente mons alius valli eminens Neros (3) appellabatur, quod aquis abundet, ſic vocatus: intra urbem duo ſunt colles, quorum in altero, qui eſt celſior, arx pene inexpugnabilis erat: urbis ambitum longe magis, quam late ſex millium paſſuum fuiſſe, tradunt; qua parte illa in plano eſt, portae quinque (4) aditum, atque exitum dabant, quarum una, prius, quam Perſae illam caperent, Divi Pauli, ob templum ejus prope ſitum, dicta eſt ad orientem ver-

reperio *Antiochiam parvam* ſedem Antiſtitis ſub metropolita Seleucienſi apud *Tyrium*, et *Leonem* Imp. in Diſpoſitione. *Fulcher Carnot.* Cap. VI. pagina 388.

(2) ORONTES. *Mons* hic, non tantum *fluvius*, praeter hujus belli ſcriptores pene omnes, *Ptolemaeus*, *Diodorus* Lib. II. [Cap. XIII.] *Polybius* [Tom. I. Lib. V. pag. 562.] *D. Hieronymus* apud Tyrium [Lib. IV.] Cap. X.

(3) NEROS. Variant nonnihil alii. Tyrio eſt *Montana Nigra* Cap. X. *Montagna Neros*, id eſt *aquoſa*, ait Sanutus [Lib. III.] Part. V. Cap. IV. a Caeſarea Cappadociae veniens, per hanc vallem currit.

(4) PORTAE QUINQUE. Concordes alii. *Sanutus* loco laudato valde di-

verſa: Divi Georgii alia vocabatur occidentem ſpectans, inter has duas urbs in longum tendebatur. . Ab Aquilone tres erant aliae, quarum unam Canis portam incolae appellabant, prope quam pons unus erat ad tranſitum ſtagni aedificatus; alia Ducis dicta fuit, quod contra illam dux Goffredus caſtra fecerat: tertiam Pontis dictam ferunt, ob pontem lapideum prope ſitum, ex quo tranſeundi Orontem facultas dabatur, qui a porta Ducis uſque ad pontem non longe a muris urbis decurrit: quod, ſi nonnullis veterum credimus, qui per eam amnem fluxiſſe literis tradiderunt, fateri oportet, illius formam imminutam, ac mutatam fuiſſe.

Huic urbi, ac toti Syriae Aſias (5) quidam prae-

diſtincte, ex quo indubie omnia haec *Noſter*, ſed politius: I. ad orientem *porta S. Pauli* ab Abbatia ejus in deſcenſu montis. II. ad occidentem *S. Georgii* inter has civitatis eſt longitudo. III. *porta Canis*, quae eſt ſuperior, hic pons lapideus. IV. *porta Ducis*, quae media ab alia unò milliari, ſive per mediam, ut ille ait, leucam diſtans. V. *porta Pontis*, quae cum porta *S. Georgii* obſeſſa non erat.

(5) ASIAS. Tacent omnes praeter *Tyrium*, qui a Noſtro variat, [Lib. IV.] Cap. IX. Dominus erat *Acxianus Turcus* ex familia potentiſſimi *Belfetoth*; hic cuidam ſervo ſuo, qui *Aſſunger* dictus, pater ſcilicet *Sanguini*, et avus clariſſimi *Noradini*, Antiochi-

praeſidebat ab rege Perſarum his praefectus; qui pro urbe tuenda millia peditum ſeptuaginta, decem equitum intus conduxerat, abundans quidem rerum copia, quae neceſſariae viſae ſunt ad ferendam obſidionem, propugnaculis etiam, ac telis oppidum munierat. Ad illud profecti duces, portam, quae in plano eſt, obſederunt, his locis exceptis, quae occupari flumen impediebat: a parte montis intermiſſa obſidio, prohibente loci natura, milite urbem cingi, vel ſepiri operibus. Tentata deinde ſaepius oppugnatio, cum parum proſpere ſuccederet, proelio duces abſtinuerunt, et incertum, qua cauſa nullis machinis uſi, cum quibus quati ſolent moenia, intactis muris aſſidebant: quove amnem tranſire poſſent, pabulum equis, aut praedam quaerentes, pontem ſublicium conſtruxere a porta Ducis parum diſtantem, per quem noſtri longe, ac late praedas agebant. Qui vero erant in urbe hoſtes, nacti ſaepe idoneum tempus, crebras cum

chiam cum provinciis adjacentibus, regendam conceſſit. Contra eum eſt *Sanutus* [Lib. III. Parte V.] Cap. V. apud quem *Anxiens* vocabatur, cui urbis cura incumbebat. *Axianus* Vitriaco Cardinali (Lib. I.) Cap. XVIII. *Darſianus* eſt Aquenſi Libro IV. [Cap. I. et] paſſim. Fulcherio Carnot. Cap. IX. *Gratianus* dicitur. Guiberto *Caſſianus* Lib. V. Cap. VII. *Anxiens* Malmesburienſi Lib. IV. pag. 78.

cum noſtris edebant pugnas (6), nec aliunde, quam ex ponte lapideo, magis nocebant, quem ſuper amnem conſtructum diximus. Frequenter enim tranſmiſſa illo jumenta, equos, atque homines vulnerabant: quod aegre paſſus Toloſae princeps (is enim ponti erat pro-

(6) CREBRAS PUGNAS. Maximae pugnae, et frequentiora Chriſtianorum damna a pabulatoribus accepta. Albertus [Lib. III.] Cap. XLIII. Turci *ex improviſo adſunt Chriſtianis a tergo ad pabula miſſis, quorum plurima corpora, amputatis capitibus, humi proſtrata reliquerunt.* Tyrius [Lib. IV.] Cap. XIV. *Per pontem flumine tranſmiſſo* (Turci) *noſtris incaute diſcurrentibus, et gratia quaerendi neceſſaria diſperſis ad invicem, caedem inferebant, et vulnera.* Baldric. Lib. II. pag. 102. *Coeperunt paulatim forinſecus intrepidi prodire, et peregrinos homines aggreſſos coanguſtare, aggrediebantur ſiquidem, et trucidabant, ſi praevalerent, incautos.* Sanutus [Lib. III. Parte V.] Cap. V. Peregrini tranſeuntes flumen, pro ſe, et equis victualia procurabant, ſed *exeuntes interdum per inſidias trucidabantur.* Haec quidem clandeſtino furto acta, at publica eruptione coeperunt poſtea infeſtare caſtra, et tum demum ingentes editae ſtrages: praeter alios Bernardus Scotus:

Phoſphorus aurorae rutilos praeceſſerat ortus,
Ipſaque rorifluo cum jam candore vibraret,
Solque venuſtaret flammanti lumine mundum,
Exſur-

propior) ligneam turrim (7) ad caput pontis objici juſſit, armatoſque deſuper ſtare, qui hoſtes a tranſitu prohiberent: ſed illi nacti ventoſam diem, videnteſque, noſtros in caſtris quietos eſſe, porta egreſſi uſque ad turrim pervolarunt, qua incenſa cum alimenta flammis darentur, prius illa eſt exuſta, quam ſubſidium ferri poſſet. Ea re duces commoti miſere ad pontem armatos multos, qui eum celeriter interſcinderent; ſed ea fuit operis firmitas, talis in prohibendo ardor hoſtium, qui ſagittas ex muris inſtar grandinis emittebant, nec non tormenta omnis generis, ut parum ex ponte fuerit dirutum, noſtrique opus deſerere cogerentur. Sic iſte quoque irritus tandem fuit labor, et quidam ex Gallis periere, multi vulneribus affecti ſunt. His incommodis noſtri

Exſurgunt propere proceres, procerumque catervae,
Armaque corripiunt, et ad urbis moenia currunt.
Pugna quidem dextra forti fit, et intus, et extra:
Illi defendunt, dum noſtri ſpicula fundunt,
Telaque cum baculis, nec non lapideſque ſudeſque.
Fit labor immanis, ſed profectus fit inanis;
Sicque receſſerunt, quia ſternere non potuerunt
Turres, et muros vi nulla corruituros.

(7) LIGNEAM TURRIM. *Sanutus* [dicto] Cap. V. *caſtrum ligneum* vocat. Nar-

ſtri accenſi, quae ignominiam afferebant, magno conatu ſaxis ingentibus portam pontis obſtruxerunt, ac, ne illa hoſtes dejicerent, militum ſtatio fuit miſſa, quae molem objectam (8) cuſtodiret. Hoc tandem modo, quod ex ponte imminebat, periculum eſt ſublatum.

Sed, quo Boamundus erat loco, non mediocre fuit diſcrimen: caſtris enim imminens collis commoditatem dabat hoſti ſaepe noſtros invadendi, et pene abſque periculo de loco ſuperiore plurimos vulnerandi. Quo igitur ea demeretur facultas, duces in eo colle validam turrim aedificarunt, locatique ibi milites facile caſtra tutabantur, quod eſt effectum opere, ut noſtri velut urbe incluſi ſecuri eſſent: nam ſolis ab ortu ejuſmodi arx, a meridie muri urbis, paludeſque circumſtabant, ex occidente,

Narratio *Tyrii* candida eſt et aperta [Lib. IV.] Cap. XV. ſed variat nonnihil: nam comes Toloſanus, et epiſcopus Podienſis conati ſunt primum pontem lapideum, per quem eruptiones creberrimae fiebant, deſtruere, et demoliri; ſed cum ſoliſſimum, et omni ferro durius, opus nulla vi quateretur, mutato conſilio, machinam decernunt e regione contra pontem erigendam. Machina haec eſt Noſtro *turris lignea*: et de ſuccenſa machina a *Noſtro* etiam differt: nec die ventoſo, ſed palam armata id factum ſcribit.

(8) MOLEM OBJECTAM. *Tyrius* ibidem. *Rupes ingentis magnitudinis*

ac ſeptentrione ambibat flumen. Poſt haec quingenti ferme ſimul pedites, atque equites quum die quadam flumen tranſiſſent, ac vagi abſque ordine proximos agros popularentur: id conſpicati ab urbe hoſtes mox armatos multos miſere, qui eos inopinantes invaderent. Hi ponte aquam tranſgreſſi fecere in noſtros impetum, fuſoſque levi certamine magna ex parte conciderunt, multi fuga pontem petentes, quem à noſtris conſtructum diximus, incidere in hos, qui pontis aditum intercluſerant; ideoque diſperſi multi in varias partes, fuga ſibi ſalutem quaerebant, plurimi quoque amnem ingreſſi, cum vadum non reperiſſent periere. Quod poſtquam in caſtris fuit notum, multi extemplo ſumpſerunt arma (9), trajectoque amne victoria laetos invadunt hoſtes, ac, multis occiſis, reliquos omnes in fugam vertunt. Nec

nis, quae vix centum devolvi poſſent manibus, et robora praegrandia in virtute loricatorum mille, protegente eos univerſo exercitu, ultra pontem deferentes, portae objiciunt, tantam ex iis proſtruentes congeriem, ut porta de caetero civibus inutiliter aperiretur. Quod *Ille* ex roboribus, et ſaxis congeriem vocavit. *Noſter* culte *molem* dixit. *Modeſtus* Lib. de vocabulis militaribus. Dixi in Comment. Claudiani.

(9) SUMPSERUNT ARMA. *Tyrius* [Lib. IV.] Cap. XVI. *Albertus* [Lib. III.] Cap. XLIII. Memorabilis eodem hoc tempore refertur caſus ab *Alberto*

Nec ad lapideam uſque pontem ſequendi noſtri, vel illi fugae finem fecerunt. Ibi autem acrius denuo pugnari eſt coeptum. Nam miſſae ab urbe majores copiae, quae perculſis opem ferrent, maxime noſtros repreſſerunt, et valde inſtantes poſt longam pugnam fuderunt eos. Numero enim praeſtabant illis, integrique adverſus jam feſſos dimicabant. Nec parva ſtrages fugientium fuit, qui ubi ad pontem pervenere, per quem ad caſtra erat reditus, dum tranſcendere illum properant, nil praeter hoſtem formidantes, ita ſe invicem denſi premebant, ruebantque alii ſuper alios, ut multi ſuffocarent, vel in fluvium caderent. Ea clades exemplum ſalubre fuit reliquis, ne temere procul a caſtris vagarentur.

Sed aliud hos invaſit malum: nam poſt tres exactos menſes, quibus obſeſſa urbs fuerat, fa-

berto Cap. XLVI. Adelbero archidiaconus Metenſis, et Henrici III. Imperatoris cognatus cum nobiliſſima matrona aleis in viridario ludens, irruentibus Turcis trucidatus, et abducta in urbem una cum capite illius, et tota nocte plurimorum libidine foediſſime vexata, die ſequenti ad muros deducta, truculenter perempta, caput ipſius cum Adelberonis capite in caſtra Chriſtianorum jactata: quare triduano jejunio indicto, alearum ludi penitus veriti. *Tyrius* [Lib. IV] Cap. XXII.

mes premere illos cepit (10): quicquid enim commeatus advexerant, pene jam conſumptum erat, nec, unde novus parari poſſet, ſatis

[10] FAMES PREMERE COEPIT. Famis iſtius vehementiam expreſſit Bernardus Scotus:

Torrebat grandis cruciatus illos,
Victus arctabat tenuis, ſupremos
Viribus fuſis rabies famei
Reddidit imos.
Copiae panum fuerant remotae,
Nec boum carnes, nec erant ſuillae;
Vulſerant paſſim manus indigentum
Gramina quaeque.
Quicquid eſcarum potuit fuiſſe,
Suppetit tandem reperire nulli,
Solverant artus, tulerant, et auſum
Pectora laxi.
Tenditur dirum cujus in tumorem,
Qui cibi nullum tenuere morem,
Eſca defecit, periit facultas,
Dant ea mortem.
Solvit occiſos brevis angor omnis,
At fame tactos agitant dolores:
Unde protractae meliora geſtant
Praemia mortis.
Hos fovet plane cibus angelorum,
Optimo gaudent bravio laborum,
Quo magis pondus toleraſſe conſtat
Suppliciorum.
Caeteri pugnant, variosque caſus
Ferre concertant, gravibus ſecunda
Ulla vix praeſtant meliora laetis
Triſtia cenſent.
Jam cruces Chriſtum gemi-

tis expediebat. Aucta eſt difficultas ea ob imbres magnos multis diebus continuatos, qui longius progredi pabuli aut frumenti cauſa prohibe-

Z 3 hibe-

minas ferendo
Proſequi curant, potiora
juſſis:
Aggredi gaudent, quibus autor unam
Juſſerat iſdem.
Huic fames atrox cor inane carpit,
Aridus dudum ſtomachus fatiſcit,
Viſcerum ſtrages, cerebri ruinas
Paſſio fecit.
Intus haec tabes animum fatigat:
Inde bellorum feritas moleſtat,
Et dies, et nox ibi plena curis
Caedibus inſtat.
Acris exſtat mens, teneſque vires
Aegra, ſed mentis reparant vigores,
Inque fundendos minimum verentur
Ire cruores.

Tyrius Cap. XVII. quem unum videtur *Noſter* ſibi ſequendum proponere. *Cum jam quaſi in menſem tertium protracta eſſet obſidio, coepit in caſtris victus deficere, et prae alimentorum inopia exercitus laborare:* Incurioſe Albertus [Lib. III.] Cap. L. *Inter haec aſſiduitatis ludibria, et creberrimas incurſiones, mora aliquanti temporis tranſacta, populus Dei rebus, et eſcis attenuari coepit .... Unde quotidie fame invaleſcente, et exercitu prae indigentia moriente, praecipue humili populo, miſerabiles gemitus et dolores piiſſimum antiſtitem et univerſos principes legionis pulſant et ſollicitant, quatenus ſuper his miſeris conſulant, quomodo populus poſſet ſuſtentari.* Largius *Jacobus a Vitriaco Card.* Cap.

hibebant, aquis ferme cuncta tenentibus. Itaque tanta inopia eſt ſecuta, ut multi equi, hominesque fame perierint, et omnes torpor, deſperatioque invaſerit. Ideo plurimi abeuntes in ea ſunt profecti oppida, quae ſatis ante capta fuerant, nec fere in caſtris manſiſſet quiſquam, niſi mox fuiſſet proviſum: duces enim, conſilio habito, cum jam pluvia praeteriſſet, partem exercitus miſere, quae longe, ac late praedas ageret, et commeatum adducere vi, aut metu niteretur.

His dati ſunt duces (11) Boamundus, ac Flandriae princeps, qui mox profecti brevi ſpatio frumenti vi magna, caeterarumque rerum

Cap. XVIII. *Variis tribulationibus oppreſſi, fame, frigore, hiemalibus imbribus, et aegritudinibus.* Sanutus Venetus Cap. V. *arctati fame, eligunt barones, qui deſtrictum Turchorum cum grandi comitiva profunde intrent, et victualia reportent.* Robert. Monach. Lib. IV. pag. 47. *Hiems aſpera inhorruit, et in caſtris ciborum abundantia evanuit.* Baldric. Lib. II. pag. 102. *Jam vero fames inhorreſcebat, quoniam pabula omnia de die in diem deficiebant.* Bernardus Scotus.

Nux erat in pretio, cum
nummo venditur uno
Fit nimis, atque novum,
cum vix ſex venditur
ovum.

(11) DATI SUNT DUCES. Conſentiunt omnes locis laudatis: nam *Boamundus*, et *Flandriae* co-

rum ſunt potiti. Sed quum ad caſtra reverterentur, praemiſſi exploratores illis nunciant, non procul eſſe hoſtes multos, et in ſilva latentes adventum eorum exſpectare, quo praeda graves adoriantur. Arte utendum (12) duces rati in duas acies copias dividunt, primam duxit Flandriae princeps, Boamundus poſtremam, paſſus mille a primis diſtans, moramque de induſtria faciens, ut neminem ſequi hoſtes opinarentur, ac, deſpecta eorum paucitate, audacius eos invaderent. Nec eum ſpes fefellit ſua. Barbari enim primos aggreſſi a fronte, a tergo inſiſtebant, et omnium oculos, animoſque occupante certamine, prius affuit

comes pabulatum profecti *comiti Toloſano*, et *epiſcopo Podienſi* cuſtodia caſtrorum commiſſa. Aberat *dux Normaniae*, graviter aegrotabat *Godefredus*. Tyrius [Lib. IV.] Cap. XVIII.

(12) ARTE UTENDUM. Narrant omnes concorditer cum *Tyrio* [Lib. IV.] Cap. XIX. Sed longe diſſentit *Aquenſis*, qui [Lib. III.] Cap. LI. fuſos, et ab his inſidiis penitus ſtratos Chriſtianos, turpique fuga elapſum *Boamundum* ſolus comminiſcitur. Sub hoc ipſum tempus *Sueno* Regis Danorum filius cum mille et quingentis ex gente ſua armatis Byzantium, et Nicaeam praetergreſſus, caſtris Chriſtianis adjuncturus, cum ſuis omnibus, non ſine memorabili pietatis, et fortitudinis oſtentatione, ad internecionem a Turcis eſt deletus. *Tyrius* [Lib IV.] Cap. XX. Solimanus fuit is,

affuit Boamundus, quam hoſtes eum venire animadverterent: quos ille adortus, ingentem ſtragem protinus fecit, nec ſuperfuit fere quiſquam, qui in proelio, aut fuga non caeſus, aut captus fuerit: procedentibus noſtris nunciant quidam, die ſequenti ingens hoſtium agmen venire dimicationi paratum, ac per arctas valles incedere, ut campos nacti eos aggrediantur. Noſtri putantes, loci anguſtias eis utiles, hoſti vero adverſas eſſe ſolum ex equis decertanti, et ſparſim undique fundi ſolito, celeriter ſunt profecti, quo illos in valle reperirent. Prius ergo ad hoſtes venere, quam ii ex ea emerſiſſent, et de loco ſuperiore pugnantes tandem eos profligarunt, multis in acie, vel fuga occiſis. Inter haec fortuna diſpar in caſtris fuit. Aſias enim urbi praeſidens certior factus, noſtrorum partem magnam abeſſe, ſuperſtites frigore, ac fame confectos, Goffredumque febri correptum graviter

is, qui, et *Suenonem*, et *Florinam* ducis Burgundiae [*filiam*] inter Finiminis, et Fernam urbes ſuſtulit. *Albertus* [Lib. III.] Cap. LIV. Cultiſſime *Taſſus*. Et tunc quoque *Willelmus Carpentarius* regii Francorum ſanguinis, et *Petrus Eremita*, fame compellente, e caſtris aufugerunt: narrant *Albertus*, et *Robertus Monachus*; ſed per Tancredum jurejurando adacti, redierunt. *Baldric.* Lib. II. pag. 103.

Hoc ipſo etiam momento *Tatinus* ille, ſceleſtiſſimo

viter aegrotare, vagari milites abſque ſignis, nec reliquis ducibus parere, partem caſtrorum eſt aggreſſus. Sed, qui pro caſtris cuſtodes erant, cum ad arma conclamaſſent, eo a multis eſt concurſum, unde periculum imminebat. Et quamquam ingens fuerit pugna (13), multique utrimque caderent, tamen vehementius noſtri annixi Perſas in fugam averterunt. Dum illi cedunt, hi ſequuntur, equus inſignis pretioſe ornatus, ex quo Perſa quidam deciderat, verſus caſtra fugiebat, ad quem capiendum multi ex acie quum ſe verterent, et curſu equum ſequerentur, creditum eſt a turba reliqua, quae in poſtremo erat agmine, primos ab hoſte victos eſſe: itaque metu perterriti fugere omnes inceperunt. Quod Aſias conſpicatus dum a fuga reprimit ſuos, pugnam hortatur capeſſere, voce, ac manu eos oſtendens, qui terga verterent, facile ſuos ad pugnam compulit. Noſtri autem ſatis trepidi ob intellectam

Aa ſuo-

mo impetrato a ducibus commeatu, et jurejurando actus, cum rebus victui neceſſariis rediturum, fugit e caſtris, *Tyrius* [Lib. IV.] Cap. XXI. Concors *Baldricus* pagina eadem, qui *Tagingum* vocat, et *Robertus Monachus* Lib. IV. pag. 48. qui *Tetigum*; ut et *Guibertus* Lib. IV. Cap. X. princ. *Tatic* eſt *Raimundo de Agiles* pag. 145. *Albertus* paulo citius diſceſſiſſe vult, nempe dum Antiochia vallaretur [Lib. III.] Cap. XXXVIII.

(13) INGENS FUERIT

ſuorum fugam, vix primum impetum Perſarum tulerunt, et, curſu effuſo, petentes caſtra magna ex parte caeſi fuerunt, luctuſque ingens ex ea clade in caſtris fuit.

Poſt reditum Boamundi, ac Flandriae reguli, qui commeatum magnum advexerant, et equos multos in proelio captos, totus exercitus recreatus eſt, et, qui ob famem prius abſceſſerant, rediere. Nec multo poſt Goffredus dux omnibus praeſtans ad proſperam valetudinem rediit.

Cum in hoc ſtatu noſtri eſſent, Aegypti rex haud ignarus, ideo noſtros cepiſſe arma, et tot provincias peragraſſe, ut demum Judaeam occuparent, putanſque ſibi conducere, ut hi cum Perſis diutino bello implicarentur, ſuos legatos ad duces miſit, qui eos hortati, ut coeptis inſiſterent, opem regis offerentes, ampliſſima munera ipſis dederunt. His benigne, comiterque ſuſceptis reſponſum fuit, gratias duces regi agere, cum ob munera, tum etiam, quod eos amicos, quam hoſtes malit, auxiliumque polliceatur; quo ſi egere exiſtimaverint, protinus eos uſuros eſſe, ac, ſi coeptis faverit Deus, intellecturum regem amicitiam ſuam illi fidam, atque utilem fore.

Poſt-

RIT PUGNA. Deſcribunt omnes hanc cladem, quae longe major invaluit ob equi ſternacis comprehenſionem.

Poſtquam legati abierunt, id tentatum eſt ab hoſte, quod, ſi noſtros latuiſſet, ingens periculum ſubituri erant. Aſias enim aliquid rurſus conandum ratus, quo Chriſtianos malo domitos cogeret, demum inde abſcedere, nuntios docet, Perſas quoſdam, qui magnas urbes in Syria obtinebant, ſe in diſcrimine gravi eſſe, nec diu poſſe urbem tueri, quum neceſſaria jam defecerint, viaſque omnes obſideri, ne quid in ea deferri poſſit, oratque illos, ut magnas copias undique cogant, et ei celerem ferant opem, cumque venerint prope hoſtes, idoneo loco ſe occultent, indicent ei ſuum adventum, nec prius ex inſidiis prodeant, quam pontem hoſtes tranſiſſe acceperint, ac ſecum in proelio jam decernere. ipſum enim annixurum, ut citra pontem Chriſtianos eliciat. Hi ſe facturos id polliciti, ex Alapa (14) Caeſarea, et Aman claris urbibus, atque aliis magnum exercitum coëgerunt, e veſtigioque moventes Antiochiam petebant. In his, de quibus dixi, oppidis plures erant viri Armeni ſub Chriſti cultu vitam agentes, qui, ubi haec parari viderunt, clam per nuntios totam rem noſtris aperuere, qui mox, conſilio inito, ſex millia equitum, decem peditum armari jubent.

Aa 2 His

(14) ALAPA. *Halapia Emiſſa*, *Hierapolis.* Eadem eſt *Tyrio* Lib. V. Cap. I. dem eſt *Alapia* in *Alberto*. *Caeſarea* additur, *Hama*, Lib. IV. Cap. II. Eadem nar-

His duces praeficiunt Goffredum, et Boamundum, qui celeriter contra Barbaros ducerent. Hi ſilentio noctis moventes, ad ea tandem veniunt loca, quae inter ſtagnum ſunt, et Amnem Auſer ab incolis dictum, ibique ſubſiſtentes lucis adventum exſpectabant.

Quae ut primum affulſit, nonnullis praemiſſis qui hoſtium iter explorarent, inſtruunt equitum, ac peditum aciem, quadrato agmine leniter ultra progrediuntur. Vix mille paſſus viae confecerant, quum praemiſſi eis renuntiant, hoſtes non procul abeſſe, inſtructoſque ad eos tendere. Nam qui praecedebant hoſtium ſigna, noſtros venire patefecerant. Ergo expediunt ſe ad pugnam, et mox aciem Barba-

ro-

narratio apud *Sanutum* [Lib. III. Parte V.] Cap. V. niſi quod *Emiſſa*, et *Hierapolis* omittuntur, et *Hama* dicitur *Haman*. Porro *Alapia Coeleſyriae oppidum* alio nomine a ſcriptoribus, et maxime *Tyrio* Lib. XX. Cap. XIX. *Nerea*. Falſo putat in Itinerario Wolfius *Alepo* eſſe. *Hama* autem, aut rectius *Amam* Meſopotamiae eſt oppidum *Cedreno*, et *Curopalatae*.

Emiſſa, ſeu *Emeſa* Apamenae urbs eſt *Juliano* Apoſtatae in Caeſaribus (*pag.* 313); eadem eſt *Emiſa* Stephano, *Hemiſa* Plinio [Lib. V. Cap. XXVI.] *Colonia Romana*; Numerus apud *Hubertum Goltzium*. Turcis *Haman*, Arabibus *Hamſa*, Saracenis *Chemps*, vulgo hodie *Camala*. Bellonius, *Joannes Lydus*, et *Niger*. Ex omnibus hiſce urbibus auxilia Antiochenis obſeſſis ad *Aſiam*, ſive *Aſſungerum* venerunt.

rorum invadunt. Atrox quidem editur proelium, aliquot horis adeo anceps, ut, utra pars eſſet ſuperior, diſcerni ſatis non poſſet. Duces ambo lectos quoſdam ſecum habebant cum quibus circumſpicere, et obire ad ſubitos hoſtium conatus poſſent, qui eos videntes multitudine fretos circuire a cornibus, et amplecti ſuorum aciem, poſitos in ſubſidiis dextra, laevaque in primam aciem procedere jubent, locatos in fronte ardentius invehi, ſignaque in hoſtes inferri: qui tandem loco ſummoti, cum parte ab omni caede ingenti ſternerentur, terga omnes verterunt. Caeſa ſunt in eo proelio ſex millia hominum (15), multi etiam capti fuerunt, equorum ingens numerus in poteſtatem victorum devenit, quibus maxime indige-

 dige-

(15) SEX MILLIA HOMINUM. Multo minora habes ex *Tyrio* [Lib. V.] Cap. II. *Ceciderunt de hoſtibus quaſi ad duo millia, ... cum mille validis equis... in caſtra reverſi ſunt:* eadem Cap. VI. Longe minorem occiſorum numerum tradit *Albertus* [Lib. III.] Cap. LXV. nempe *mille, et quingentos* tantum necatos. Sed non probe, nec vere. Idque actum menſe *Martio* contendit. Sed *Sanutus* [Lib. III. Part. V.] Cap. V. die VII. *Februarii* eam Chriſtianis victoriam obveniſſe vult ad *Harenc*, quod ex Tyrio eſt, et *ultra duo millia* hoſtium caeſa. De die conſentit *Baldricus* Lib. II. pag. 105. nec de occiſis quippiam, uti nec *Robertus Monachus*, niſi, ut ſolet, indefinite.

digebant : nam multos fames, vis frigoris magna in caſtris abſumpſerat. Ea victoria multum erexit noſtrorum animos, hoſtes vero ita conterruit, ut jam de ſalute deſperarent, praeſertim quia jam fame premebantur : et, quo his creſceret magis dolor, victores reverſi capita mille (16), quae ab humeris peremptorum praeciſerant, machinis intra urbem projecerunt. Quo tam triſti ſpectaculo ita moeſta civitas fuit, ut nemo a lachrimis temperaret.

Poſt haec Genuenſes (17) quidam, quum in portu non procul ab urbe multum frumen-

tum

(16) CAPITA MILLE. Receptum hunc morem ſupra ad Lib. II. [pag. 125.] fuſe dixi. Hoc autem feciſſe Chriſtianos poſt hanc de Ammirallio victoriam narrant omnes, ſed nonnullo diſcrimine, nam non mille capita, ſed *quingenta*, aut *ſeptingenta*: nec intra urbem jactata, ſed foris depoſita, et oſtentata volunt. *Tyrius* loco laudato, *ex quibus quingenta capita reportantes, erecti in ſpem bonam.* Baldricus uti ſupra. *Franci quoque in caſtris centum capita peremptorum attulerunt ad conſolationem :* et Robertus Monachus Lib. IV. pag. 49. *Multorum etiam capita mortuorum ſimul attulerunt, quae ante portam civitatis poſuerunt.* Tyrius Cap. III. *In victoriae ſignum, et doloris eorum incrementum, ducenta Turcorum capita machinis jaculatoriis in urbem contorqueri fecerunt, reliqua vero ante urbem in palis praeceperunt conſervari ſuſpenſa.*

(17) GENUENSES. Et tempus, et rem accurate,

tum navibus advexiſſent, miſere quoſdam ad principes, qui commercium ejus offerrent; qua ex re maxime laeti, quod inopia laborabant, pro frumento habendo, jumenta multa ad mare tranſmittunt, ſimulque duo millia peditum, et mille equites ducibus Boamundo, et Toloſae principe. Quos profectos Aſias gnarus millia quatuor delectorum equitum, alia via ire jubet, et loco idoneo reditum hoſtium opperiri, ut eos inopinantes opprimerent. Ergo redeuntibus noſtris hi ex inſidiis obviam facti cum illis acriter conſerunt manus, et primo concurſu multos pedites interficiunt, ideo reliqui metu exſangues; et inopino caſu attoniti paſſim per agros diſſipantur, ſolis equitibus pugna relicta, nec ducum preces, vel minae quicquam ad eos tenendos proderant. Ea fuga duces territi admonent equites, ut, globo facto, magno impetu hoſtes invadant, praerupto-

rate, ut ſolet, *Tyrius* notat [Lib. V.] Cap. IV. *Cum in menſem quintum ſe protraxiſſet obſidio, naves quaedam Januenſium peregrinos, et victualia deferentes, infra fauces fluminis intraverant.* Nec de mercatorum Januenſium navibus, aut frumento quicquam apud alios hujus belli ſcriptores, niſi a *Raimondo de Agiles* pag. 143: Fortem tamen populi illius operam, piamque induſtriam omnes laudant. *Nautas* tamen a Turcis *interemptos*, qui neceſſaria exercitui vendebant, *Albertus* Lib. IV. Cap. XXXVI.

ptoque illorum agmine celeriter ſe in caſtra recipiant, aliter vero ſpem evadendi nullam eſſe. Itaque denſi ordinibus in ipſos Perſas irruunt equites; et cum ſtrage ingenti eorum aciem perrupere, deinde ad caſtra tendunt iter, nuſquam trepide, nec effuſe cedendo, ſed conferti euntes ſe ab hoſtibus tutabantur, qui idcirco remiſerant impetum, nec ſimul perſecuti ſunt eos, quia pars magna in caedendis peditibus, vel jumentis prae ſe agendis verſa fuerat.

Interea nonulli pedites, qui primi ex acie in caſtra refugerant, victos noſtros nuntiantes, ac magnam partem eorum caeſam, tumultum cum luctu excitarunt. Goffredus de ſociorum ſalute anxius, juſſis omnibus arma capere, circa pontem lapideum pergit, ibi corona eorum facta, qui ducebant in exercitu ordines „ Credo, inquit (18), viri fortiſſimi, ſi vobis notum prius fuiſſet, eo profectos eſſe hoſtes, „ ubi deleri armis poſſent, quilibet veſtrum „ ſibi ad eos properandum putaſſet. Cum vero nunc hi noſtros fuderint, quorum multi „ occubuere, cum ſit incertum, an ſuperſint „ duces clariſſimi, an vero in pugna perierint, „ quo tandem animo eſſe debetis? Nonne decet,

(18) CREDO, INQUIT. Cultiſſima eſt haec *Benedicti* noſtri concio, quaeque longe ſuperat eam, quam in praeſentaneo caſu Godefredo adſcribit

" cet, vos anniti, ut caeſi ſocii vindicentur, " et qui ſuperſunt, ſaevas vitent hoſtium ma- " nus, atque honeſte potius mori, quam ſi- " nere, ut Barbari de hac victoria, de veſtro " dedecore glorientur? Eſt profecto erubeſcen- " dum, vos tot gentium jam victores, qui " urbes multas, locorum aſperitatem, frigus, " calorem ſuperaſtis, a paucis Perſis iterum " jam fugatos eſſe, qui prae metu ſe in urbe " abdiderunt. Ego quidem eo animo arma " indui, ut niſi victor (19) acie non excedam, " ſi vobis idem eſt ſuaſum; haud equidem am- " bigo, quin caede hoſtium cladem acceptam " ulciſcamur, ad quos vincendos non curſu, " aut longo itinere opus erit. Vobis enim hic " morantibus ipſi occurrent ſtatim Perſae, ut " per hunc pontem ad urbem tendant, eos " inconditos, feſſoſque, nullo negotio ſupera- " bitis. Nec, ſi quam Aſias mittet opem, hi " propterea tuti erunt, objecti enim ponti mi- " lites tranſitum ejus prohibebunt, quamvis " ego eos omnes parvi exiſtimem: numero " enim, ac viribus impares vos non ferent, " quorum impetum magni exercitus non tule- " runt, nec aliter ipſi opinantur. Nam ſi ſe " pares exiſtimarent, non moenia obſideri,

 „non

ſcribit *Tyrius* [Lib. V.] Cap. V. ubi totum hujus pugnae ordinem accuratiſ- ſime expreſſum habes, nec alibi.

(19) UT NISI VICTOR,

" non urbem includi paterentur, ſed ab initio
" acie dimicaſſent. Ergo adeſte animi omnes,
" et bonam ſpem vobis proponite. Deus enim
" quos hucuſque duxit victores pro ſuo numi-
" ne, pro virtute pugnantes minime vinci pa-
" tietur: quod, ſi aliter ſtatuiſſet, et ſpe jam
" certa fruſtraremur, ingens accedet vobis
" praemium: nam pro illius laude, pro mun-
" di ſalute morientes, expiatis delictis coele-
" ſtem gloriam conſequemur, quae cauſa fuit,
" ut ſummos labores, pericula maxima paci,
" et otio praeferretis: poſteri quoque nomen
" veſtrum ſummis laudibus grata memoria pro-
" ſequentur.

Ita erectis omnium animis, qua venturum credebat hoſtem, triplicem aciem parum ultra progredi jubet, hoſtemque loco idoneo exſpectant: ipſe cum reliquis ad pontem ſubſtitit, ita inſtruens eos, ut pars ad urbem verſa ſtaret illis oppoſita, qui pontem tranſgredi niterentur, ſuiſque auxilium ferre: pars cum duce praeſto eſſet, pro his delendis, qui pulſi Antiochiam peterent. Aſias eo inſtructus ratus pergere, quo ſuos opprimant equites, jubet, milites arma capere, paratoſque ad pugnam eſſe, cum erumpendi ſignum acceperint: his de

CTOR. Hiulca ſunt bie deſiderantur.
haec, et quaedam indu.

de plebe addidit multos; quos integrae fidei, ac bello ſtrenuos noverat certo propoſito dimicandi, ne ſui ab hoſte delerentur. Dum haec utrinque apparantur, equites hi, qui noſtros fuderant, eos perſequebantur, et multis jumentis prae ſe actis, quae onerata erant frumento verſus pontem tendebant abſque ordine procedentes, quod elati victoria exceſſerant modum, nec ſupereſſe alios hoſtes, atque illos poſſe opprimere ſatis meminerant, quam ſocordiam ſecundae res frequenter pariunt, vel, rectius dixerim, temeritatem. Ita ergo redeuntes incidere in eos, qui ab hoſte praemiſſi erant, et inopino caſu attoniti eorum impetum non tulere, ac, multis caeſis, reliqui fuga pontem petebant. Hos Goffredus medio nactus ita caecidit, ut ex quatuor millibus (20) equitum (tot enim fuerunt) evaſerit nemo, quin occiſus, aut captus fuerit.

Dum haec cis amnem fiebant, Aſias pugnam conſpicatus, ingenſque diſcrimen ſuorum, cum omnibus copiis ad pontem pergit, tranſire conantem objecti ſibi prohibent milites, magnumque committitur proelium, dum hi tranſire, obſtare illi ſumme nituntur. Multi ergo armis cadebant, plurimi vero ex ponte

(20) EX QUATUOR MILLIBUS. Longe minor apud *Tyrium* numerus, ſiquidem [Lib. V.] Cap. VI.

te ruentes flumine merſi periere: nec demum noſtri tuliſſent hoſtes, ni, deletis equitibus, duces ad eos properaſſent. Hi repreſſis primo barbaris, deinde ſumma vi repulſis, poſt longam pugnam pontem tranſeunt, Perſae autem paulatim cedentes ubi venere ad locum editum, rurſus cum noſtris pugnam ineunt, quibus cum hoſte, ac loci natura luctandum erat, et, cum non procul ab urbe pugnarent, ſtantes in moenibus viri, ac feminae hortabantur ſuos, hoſtes vero ſagittis, ac ſaxis feriebant. Clamor pugnantium, adhortantiumque parte ab omni fuit tantus, ut cuncta circa longe, ac late reſonarent, nec ducum voces quicquam jubentium audirentur. Erat igitur major uſus oculorum, quam aurium, et ſibi quiſque ob ingens periculum dux, et hortator erat factus. Accendit quoque noſtros milites ducum virtus, qui fortiſſime inter primos pugnabant plerumque etiam acies obeundo, quid foret ex uſu, voce, manuque oſtendebant, ſua praeſentia pugnam cientes; cuncti enim coram illis fortes videri nitebantur; Perſae autem loco freti acerrime reſiſtebant. Itaque horis tribus eſt pugnatum, adeo quidem aequo marte, ut, uter bello eſſet ſuperior, non ſatis conſtaret.

VI. cecidiſſe ea die dicuntur de hoſtibus, *duo millia*; nec alii hunc quaſi ad eventum deſcripſere.

ret. Dum utrimque dimicant pariter, barbarus quidam ingens corpore ducem Goffredum obſervabat, cernens enim, quocumque ibat, illum ſtragem hoſtium facere, putanſque, hunc praecipuum eſſe ducem, quem tot viri in acie ſequerentur, decreverat animo eum perimere, vel clara morte vitam amittere. Ergo idoneum tempus nactus, in ipſum ducem equum concitat, nec vitare ictum valentem haſta infeſta in ilibus percutit, arma vero vulnus prohibuerunt, ad quem ſtatim verſus Goffredus dextera, laevaque ſtricto enſe illum obtruncat (21), deinde ſuos hortatus, ut vi hoſtes propellerent, ita inſtitit; ut Perſae territi, ab ea parte pedem retulerint, quam inclinatam videns aciem, jubet, ſuos acrius invehi, ſignaque in eam inferre, quorum impetu victi barbari fuga ſibi conſuluerunt. Horum exemplo alii territi, qui vix jam Chriſtianos ferebant, fuga effuſa, terga verterunt. Et, ubi ad portas

(21) ILLUM OBTRUNCAT. Henric. Humundon. Lib. VII. pag. 215. *Dux Godefredus quendam medium ſecavit.* Ambitioſius Tyrius [Lib. V.] Cap. VI. *Unum de hoſtibus protervius inſtantem, licet lorica indutum, per medium diviſit, ita ut pars ab umbilico ſuperior ad terram decideret, reliqua parte ſuper equum cui inſederat, in urbem introducta.* Idipſum alio in praelio accidiſſe, et uno toto integro ante hanc pugnam menſe ex *Alberto* liquet Lib. III. Cap. LXV. *Tur-*

tas fuit ventum, omnes, dum properant, urbem ingredi, invicem ſibi aditum obſtruebant, quae res majoris cladis fuit cauſa. Nam in hos victores delati maximam caedem edidere. Perſae autem caedi ſuperſtites urbem ingreſſi portas trepide clauſerunt. Ideoque oppugnatio urbis eſt omiſſa, duces enim laſſitudini militum timebant, quum tot horas proelio decertaſſent. Cecidere in acie ſeu fuga hoſtium millia (22) ferme **XV.** reliquos tantus terror invaſit, ut poſthac portas egredi non auderent. His acceſſit aliud malum, nam premente urbem inopia, praeſertim pabuli pro ipſis equis, miſerat Aſias equos multos, qui extra urbem paſcerentur, et erat locus, in quo ſta-

Turcum, mirabile dictu, ſibi arcu importunum, acutiſſimo enſe duas diviſit in partes lorica indutum, cujus corporis medietas a pectore ſurſum ſabulo cecidit, adhuc altera equum cruribus complexa, in medium pontem ante urbis moenia refertur, ubi lapſa remanſit. Sic Pyrrhus apud *Plutarchum* nullum unquam gladio percuſſit, qui ſupervixit [Tom. I. pag. 399.]

(22) MILLIA XV. CECIDERUNT. Multo pauciores adhuc *Tyrius*, cujus Cap. VII. haec ſunt: *Praeter eos, qui in flumine variis caſibus ſubmerſi ſunt, et qui in urbe ſepulti; quique lethaliter ſaucii, mortem adhuc praeſtolabantur imminentem, mille quingenti praedicto in loco reperti ſunt, ex quibus trecenta, et amplius capita ad portum dirigentes, noſtros, qui*

ſtabant, tribus millibus paſſuum ab ea diſtans; ibi appoſiti ſunt cuſtodes, ne fugerent equi, neve ab hoſte caperentur: id exploratum noſtri habentes; validam manum eo miſerunt, ut equos omnes inde abducerent; qui profecti occulto itinere, caeſis cuſtodibus, tria millia validorum equorum deduxere: quae res vehementer fregit hoſtium animos, et, niſi in ope ſui regis, ſpem reliquam nullam habebant. Miſſi enim ad regem retulerant, parare illum magnas copias, ut opem obſeſſis tranſmitteret; nec multo poſt vulgatum fuit, praefectum ejus Corbagum (23) nomine cum magno exercitu adventare, continuoque multos undique ad eum confluere, nec procul jam ab Euphrate amne

qui illic ab heſterno conflictu redierant, *laetificaverunt admodum*. Ingens differentia. Alii ſilent.

(23) CORBAGUM NOMINE. Varia hujus nominis prolatio. *Tyrius* quidem [Lib. V.] Cap. XIV. non nominat, [imo *Corbagath*]; ſed potentiſſimum Perſarum principem vocat. *Corbaras* eſt Rogero de Hoveden Annal. Part. I. pag. 267. princeps militiae Soldani regis Perſiae. Ab Aquenſi Lib. IV. Cap. XI. *Corbahan* dicitur. Cardinali Vitriaco Cap. XIX. *Corbagath*. Turcis, et noſtris *Corbara*. Sanutus [Lib. III. Part. V.] Cap. VI. Perſica voce *Corbagathan* vocat. Ex his ſeriem rei geſtae pete. Baldrico Lib. III. ſub principium *Curbarannus* eſt. Guiberto Lib. V. Cap. VIII. *Curbaran*. Henr. Huntundon. Lib. VII. *Curboran*. Ro-

amne hunc abeſſe: quod ubi duces accepe: runt, e veſtigio quoſdam miſere, qui ex propinquo explorarent, ubi, et quot copiae, et quales eſſent, ut melius tandem poſſet conſuli, quid optimum factu videretur. Caeterum inter haec majoris rei ſpes affulſit. Erant in urbe viri multi Chriſti religionem ſervantes, qui arma ferre, quicquam publicae rei agere vetabantur. Nam poſt urbem obſeſſam Perſae ſuſpectos eos habebant. Hos inter unus fuit Armenius genere Muferus (24) dictus, vir prudens, et in rebus agendis multum ſagax: is variis modis urbis principi carus factus, arcanis ejus cunctis intererat. Hunc reliqui Perſae quaſi unum ex eis diligebant. Itaque ab initio

Robert. Monach. Lib. VI. [pag. 56.] *Corbanam.* Bernardus Scotus:

Verba ſuae matris furiis male ſubditus atris
Temnit Corbanam, mentemque gerit male ſanam.

Willelmo Malmesburienſi Lib. IV. Hiſtoriar. pag. 78. *Corbagnath.* Anonymus in Geſtis Francorum Lib. IV. Cap. XX. pag. 15. *Curbaram* eum vocat, et urbis praefectum *Caſſianum.* Sed quocunque nomine vocetur, ille potentiſſimus noſtros in caſtris vehementer terruit, et poſtea urbe potitos, crudeli obſidione diu preſſit, nec niſi cruenta acie fundi potuit.

(24) MUFERUS. Ingens de hoc Scriptorum diſſidium, nam *Robertus Mo-*

initio belli cuſtodiae turris fuit praefectus, ſub qua Divi Georgii porta erat, hic ſaepe audiens Boamundi virtutem, nec prorſus oblitus, ſe Chriſtianum virum eſſe, illum vehementer diligebat, et, clam in caſtra filium mittens, multa eidem indicabat, demum pollicitus turrim tradere, id ſe adjecit facturum, ſi Boamundus daret fidem, ſocios ejus, ut idem ſolus urbem teneret, et aſſenſuros. Ob hoc laetus Boamundus, ac ſi urbem captam cerneret, rem ad praecipuos duces defert, non tamen ſtatim, ſed poſtquam illi rediere, qui ſpeculatum hoſtium caſtra miſſi fuerant. Nam his referentibus, eos nimis multos eſſe, ac venire inſtructos, ut cum Chriſtianis dimicarent,

Monachus non profeſſionis *Chriſtianae* Armenium; ſed *Mahometicae* ſuperſtitionis *Admiraldum Turcum*, eique nomen dat *Pyrrhus* Lib. V. pag. 53. cumque ſecutus *Vincentius Bellovacenſis* Lib. XXVI. Cap. XCIX. *Guibertus Abbas* Lib. V. Cap. II. *Pirrum* vocat, ut et *Huntindonienſis* Archidiaconus pag. 225. *Tyrius* aperte narrat Cap. XI. *Emirfeirus vir potens plurimum, et urbis domino multa familiaritate conjunctus; ita ut in ejus palatio notarii fungeretur officio, et plurima eſſet inſignis dignitate.* Sanutus eum diſerte *Chriſtianum* profitetur fuiſſe [Lib. III. Part. V. Cap. VI.] ſed nominat *Hermuferum*. Ab omnibus aliis *Aquenſis* diſſentit, qui Lib. IV. Cap. XV. *Boëmundum* vocat, et ab eo ſacris Chriſti *initiatum*

rent, pleriſque cenſentibus, obviam illis eundum eſſe, et cum toto exercitu dimicandum; aliis partem exercitus ibi relinqui, partem vero ad hoſtem duci; Boamundus neutrum ſibi ait, placere: ſi enim cuncti ab urbe diſcederent, tot menſium opera, tot exhauſtos labores ad irritum receſſura: quorum Perſae fama repleti urbem copia rerum replebunt; nec partem exercitus ſuffecturam ad hos prohibendos, ne intus neceſſaria deferant, cum vix omnes id munus praeſtiterint: ingens quoque periculum fore, ſi diviſi adverſus hoſtes innumeros tendant, nec, ſi adverſum quid acciderit, ullum remedium ſupereſſe; conſilium vero ſe afferre, quo nihil tutius eſſe queat; deinde ordine cuncta detegens, quae cum Armenio erat pactus, ait, potiri eos urbe poſſe, in qua ſecurius, commodiuſque adventum hoſtium exſpectabunt. Ea re caeteris laetis, et urbis imperium illi dantibus, princeps Toloſae (25) adverſabatur, aequum dictitans commune omnium oppidum eſſe, in quo expugnando cuncti jamdiu inſudaſſent; ſed demum victus aliorum conſenſu pericula demonſtrantium, manus dedit ultra tendere minime auſus. Ergo, accepto

tiatum ſcribit. *Fulcherius Carnotenſis* Cap. IX. *paganum* facit, et *a Chriſto monitum*, ut traderet Antiochiam Chriſtianis pag. 391.

(25) TOLOSAE PRINCEPS. De conſul-

cepto Muſeri filio, capere turrim proxima nocte conſtituerunt, per eumque, quid parent agere, Muſero indicant, ut is intentus rei agendae, rite coepta exequeretur, nec aliquis error ea turbaret; a quo, remiſſo filio, moniti ſunt, certa hora noctis venire, in qua quieta omnia reperirent, nam prius obire moenia quoſdam ſolitos, ut cuſtodum ſollertiam, vel deſidiam notent. Duces ergo die ſequenti, quo magis etiam fallerent hoſtem (26), armari omnes protinus jubent, atque ad iter expediri, et hora ferme diei nona e caſtris exeunt, palam ferentes, ire ſe adverſus Perſas, qui ad ſolvendam obſidionem tenderent, et ſatis longe ab urbe progreſſi conſtitere noctem opperientes, quae ubi advenit, ſilenti agmine caſtra repetiverunt. Erat Muſero frater unus, improbae ſane mentis homo, quem ea res prorſus latebat, fratre non auſo illi ſe credere, ne metu, aut perfidia coeptum turbaret. Sed, qua die noſtri abibant, hunc tentandum Muſerus ratus, quo ejus mentem ſcrutaretur; doleo, inquit, frater, hos ad ſuam perniciem pergere, impares enim Corbago erunt; et, quum eundem,

ſultatione contradicentis Raimundi ſolus *Tyrius* [Lib. V.] Cap. XIII.

(26) FALLERENT HOSTEM. *Tyrius* Cap. XX.

quem nos ipſi, colant Deum, moeſtos eſſe nos decet, quod viri optimi vitae periculum grave ſubeant: hunc torve ille aſpiciens, quorum, inquit, doles vicem, cladem certe ego cupio: nam quid nobis hi attulere praeter calamitatem? Quid mihi, et tibi ante hoc bellum coeptum defuit? num quiete, num gratia principis, num opibus carebamus? pro his poſtea bellici ſumptus, agrorum vaſtatio, immenſus labor, caedes, et vulnera ſucceſſere. Igitur hos auctores malorum odi, ac deteſtor, et tibi ſuccenſeo, qui communium hoſtium miſereris. His verbis exempta Muſero dubitatio eſt, an a fratre cavendum eſſet, ea tamen angebat cura, ne ille etiam turris cuſtos inſtans facinus impediret. Ergo animo anceps Muſerus, hinc fratris amore, inde periculo agitatus, tandem ſtatuit illius vitae ſuam ſalutem anteferre, ſimulque Chriſtianam religionem. Somno igitur hunc oppreſſum, multa enim nox jam erat, gladio (27) peremit. Deinde ſecurus noſtros exſpectabat, qui, hora ſtatuta properantes, ubi ad turrim pervenere, aliquot ſcalas muris admovent (28), aliiſque aſcendere formidantibus, et

(27) GLADIO PEREMIT. *Tyrius* Cap. XXI

(28) SCALAS MURIS ADMOVENT. Tyrius ibidem. *Sanut.* [Lib. III. Part. V.] Cap. VI. *Nocte per ſcalas*

et fidei barbari ſe committere, Boamundus princeps murum aſcendit, et turrim ingreſſus alios provocabat, donec omnes impulit pudor, tanti ducis imitati virtutem, certatimque murum aſcenderunt, ac plures alias, caeſis cuſtodibus, turres occupant, continuoque ingens turba in moenia evadebat; in urbe tamen erat ſilentium: nam, rejectis belli curis, cuncti paene dormiebant, forſan quoque acceptus clamor alia excitatus, quam hoſtium cauſa putabatur, cum eos abiiſſe, cuncti exiſtimarent. Igitur portae duae ſunt refractae prius, quam Perſae excitarentur, et mox, ingreſſo urbem Goffredo, qui extra remanſerat cum parte exercitus, caedes paſſim fieri eſt coepta. Sublatus undique clamor ingens, et clangor tubarum ita attonitos Perſas fecerat, ut ſola in fuga ſalutem ponerent. Sed crebro, dum unum hoſtium vitant agmen, in aliud incidebant, (utque ait bonus poë-

 ta)

ſcalas appoſitas turrim aſcendit, ſequitur multitudo muros occupans. Scalae hae ex chordis factae, nec plures quam viginti cum Boamundo turrim conſcendere, ut eſt apud *Fulcherium Carnotenſem* pag. 392. *Nocte quadam per ſcalas de chordis factas, viginti de clientibus noſtris in ſummum murum admiſit.* In numero variant omnes: tot fuere enim cum Boamundo in urbem recepti, quot vigiles necare omnes, et unam portam aperire poſſent. Deinde

ta) (29) ubique luctus, ubique pavor, et plurima erat mortis imago. Ingens ergo hoſtium numerus fuit caeſus, aut captus: multi tamen refugere in arcem, plurimi per diverſas ab hoſte portas evaſere. Aſias, urbem captam cernens, arci credere ſe non auſus, quae obſidenda ſtatim erat, fugere conabatur, ſed captus a Chriſtianis intus morantibus interficitur, et ejus cervix reciſa (30) ab humeris per ludibrium haſtae infixa ferebatur. Sic fortuna humanas res frequenter volvere ſolita eſt,

de ſcalas coriaceas aperte facit *Albertus* [Lib. IV.] Cap. XIX. *Scala aſſumpta, quae ex corio erat taurino ad id negotium aptiſſima, paulatim muro appropinquant.* Caſum nonnullorum cum ſcalis ipſis Cap. XX. *idem* deſcribit.

(29) BONUS POETA. *Virgilius* Lib. II. Aeneid. [vs. 369.]

(30) CERVIX RECISA. Vide quae ſupra de *Turcarum capitibus*, et hoc Libro [Num. XVI.] et Lib. II. [pag. 125.] dixi. *Albertus* [Lib. IV.] Cap. XXVI. *Tres Syri eum a muro praecipitaverunt, caput illius amputantes, et in ſacculo ſuo reponentes, quod mox in urbem Antiochiam in conſpectu omnium Chriſtianorum et principum attulerunt. Caput vero mirae groſſitudinis erat, aures latiſſimae, et piloſae, capilli cani cum barba, quae a mento uſque ad umbilicum ejus profluebat.* Fulcher. Carnot. Cap. IX. fin. non a *Syris* viatoribus, ut *Aquenſis*, ſed ab *Armeno* decollatum prodit. Concors *Tyrius* Cap. XXIII. eaque verior ſententia. *Guibertus* Lib. V. Cap. VII.

eſt, hominesque de ſummo ad infimum, vel ex infimo gradu ad ſummum deducere, ut nil magis timendum ſit, quam illius varietas, cui ſaepe mortalium vitia nocendi maxime anſam praebent, et eam (ut ait Satyricus) (31) faciunt deam. Milites tandem ad praedam verſi domos omnes diripuerunt, praeterquam Chriſtianorum, quae notatae in foribus erant, et praeda ingens omnis generis parta. Hoc maxime modo vetus civitas, nobiliſque armis noſtrorum fuit capta ſeptimo menſe (32), poſt-

(31) UT AIT SATYRICUS. *Juvenalis* Satyr. X. in fine [vs. ultimo]:

Nos facimus Fortuna
Deam ——

Loquitur auctor ex gentilium mente.

(32) SEPTIMO MENSE. *Octavo menſe* Robert. Monach. Lib. VIII. pag. 68. Anonymus Geſt. Franc. Lib. IV. Cap. XXXII. *Octo menſes, et diem unum.* Imo *nono menſe* recepta *Tyr.* [Lib. V.] Cap. ult. Conſentiunt *Tyrio* omnes, cum *Aquenſi* [Lib. IV.] Cap. XXV. Dies vero intratae ſic urbis fuit 3. *Junii* [MXCVIII.] *Tyrius* ibi. *Ipſis nonis* vult id geſtum *Guibertus Abbas* Lib. V. Cap. VIII. *Die* 4. *Junii* captam *Malmesburienſi* placet Lib. IV. pag. 78. hiſt. Anglic. Sed verius eſt, quod *Tyrius* ſcripſit. *Baldricus* Lib. II. in fine. *Sanutus* Lib. III. Parte V. Cap. V. *Rogerus de Hoveden* Annal. Part. I. pag. 277. *Albertus* loco laudato. *Sigebertus* infra.

poſtquam obſideri coepta eſt. Duces poſtero die ad oppugnandam arcem (33) tendunt, qua conſpecta, ſituque loci contemplato, ſpem amiſere eam armis expugnandi. Nam loco altiſſimo, et praecipiti undique ſita (34) erat, muris, ac turribus permunita, qua parte occidentem ſpectabat, via fuit anguſta, per quam in urbe aditus erat, eam claudere duces inſtituerunt, ne qua eruptio in civitate ab arce ipſa fieri poſſet. Itaque loco idoneo murum latum, atque altum perducunt, qui viam in urbe prohibebat, ibique locati ſunt milites, qui hoſtem venientem arcerent, et quo cibaria non deficerent, quibus vacua tunc urbs erat, ſi ferenda foret obſidio, a mari, ac locis finitimis advehi commeatum curarunt. Sed minor affuit rerum copia, quia proximae regiones bello exhauſtae, ac vaſtatae parum frumenti, aliarumque rerum ſuppeditarunt.

Dum haec a noſtris geruntur, Corbagus Ra-

(33) AD OPPUGNANDAM ARCEM. *Tyrius* Lib. VI. Cap. I. *Albertus* Lib. III. Cap. XXXVIII. *Quarum turrium munitio, et opus, uſque in ſupercilium montis extenditur, ubi principalior arx, et magiſtra urbis, et omnium turrium.* Sunt hae *trecentae ſexaginta* idem Cap. XXXVI. aut *quadringentae ſexaginta* Robert. Lib. VIII. pag. 68.

(34) LOCO ALTIS-

Ragem urbem obſedit, quam ultra Euphratem ſitam diximus, cuive Balduinus dominabatur, et, oppugnare illam adortus, cum multis vulneribus eſt repulſus. Intus enim viri fortiſſimi cunctas edocti belli artes una cum duce propugnabant. Nequicquam ergo multa expertus, poſt dies viginti inde abſceſſit, id ipſum ſuadentibus ſuis, qui eum ajebant ideo miſſum, ut Antiochiae opem ferret, quae fame oppreſſa ultra perpeti eam nequiret. Prius ergo illam tueri, ac vinci hoſtes oportere, nec referre, an tunc, an poſtea Rages expugnaretur, quae, victis Chriſtianis, per ſummum otium capi poſſet, ſpe adempta externae opis, qua nunc freti eam tenentes acriter ſe defenderent. Nec ſane ambigitur, moram ejus cauſam fuiſſe, ut Antiochia caperetur, noſtrique ingens periculum evitarent. Nam eodem tempore cum illo, et oppidanis dimicandum fuiſſet, vel, pugna dilata, ſumma inopia ſubeunda erat, hoſtibus noſtros undique obſidentibus. Igitur is, trajecto Euphrate, Antiochiam ire properat, quam ubi accepit, eſſe captam, ſe-

 rum-

TISSIMO, ET PRAECIPITI UNDIQUE SITA. Haec a *Roberto Monacho* Lib. IV. (pag. 46-48.) corrupta indubie voce *Arech* dicitur, forte a Graeco ἄκρα, qua voce *arx* quaelibet notatur. *Scholiaſtae Graeci.*

rumque auxilium ferri, non procul jam ab urbe exiſtens, praemiſit equitum tria millia, qui uſque ad muros diſcurrerent, et portis obequitando laceſſerent hoſtem: ii profecti, locum inſidiis aptum nacti, paſſus mille ab urbe diſtantem, ibi ſe condunt, praeter trecentos, qui ad moenia proceſſere cum tumultu vagantes, ut noſtros extra urbem elicerent. Adverſus hos Rogerius Barnavilla (35) cum ala equitum prodiit, vir fortiſſimus, gallus genere, cujus in eo bello ſaepe multum nituit virtus. Primo congreſſu par utrimque dimicatio erat; poſtea Perſae metum fingere ſenſim, noſtris de induſtria cedere, illi ob hoc inſtare ferocius viribus freti, et rebus geſtis, donec ad locum inſidiarum venere, ibi cohorti repente hoſtes undique ſe circumfuderunt. Rogerius autem ſtare ſuos, fortiterque pugnare jubet, ac ſi ferre nequirent, paulatim cedere, quoad prope urbem veniſſent. Sed poſtquam is fortiſſi-

me

(35) ROGERIUS BARNAVILLA. *Roberto Monacho* Lib. VI. pag. 56. Rogerus de Barda Villa. *Virtus*, et *mors* ejus apud *Albertum* [Lib. IV.] Cap. XXVII. *elogium* Cap. XXVIII. Tyrius [Lib. VI.] Cap. II. *Expeditionis Chriſtianae, quantum in ſe erat, fideliſſimus procurator.* Bernardus Scotus.

Barnavilla cadis noſtris lugendus in aevum.

me dimicans transfixus haſta (36) ex equo cecidit, reliqui omnes capeſſunt fugam, & prius, quam ad urbem venirent, omnes pene perierunt, ob quorum cladem luctus ingens intus fuit, et cuncti mortem Rogerii ſupra modum aegre ferebant; cujus cadaver truncum capite (quo potiti erant hoſtes) delatum in urbe funebri pompa eſt ſepultum. Non multo poſt Perſarum dux ad urbem veniens (37), inſtructa acie prope conſtitit, relicto ſpatio, ut noſtri ſe explicandi, pugnandique poteſtatem haberent. Poſtquam nemo contra exibat, multis verbis increpans hoſtes, qui armis auſi Perſas laceſſere, regnumque Aſiae affectantes, metu nunc intra urbem laterent, reduxit ſuos, et caſtris poſitis urbem obſedit, habens copias pene innumeras, quae tamen magna ex parte tironum erant. Juxta murum ab ortu ſolis turrim jam erectam diximus, quo noſtri, oppidum obſidentes, magis tuti a Perſis forent, quam Goffredus tuendam ratus, quoſdam ſuos ibi reliquerat fortes, ac ſtrenuos viros, qui vim hoſtium propulſarent. Eam turrim Perſae adorti magno certamine oppugnabant, nec

(36) TRANSFIXUS HASTA. Alii ſagitta. *Tyrius*, et *Albertus* locis jam laudatis.

(37) AD URBEM VENIENS. *Tyrius* [Lib. VI.] Cap. III.

pauci demum tuliſſent eos velut nube ſagittarum territi, quae defendendi facultatem ademerant, ni Goffredus, periculo cognito (neque enim aberat procul) opem tuliſſet, plures equitum turmas ducens, cujus impetu hoſtes turbati parum proceſſere. Sed his laborantibus aliud agmen ſubſidio miſſum pugnam reſtituit, diuque acriter eſt pugnatum, Goffredo ipſo valde inſtante, qui manu promptus, et arte praeſtans multos cum paucis reprimebat. Sed cum continuo Perſae creſcerent, ad extremum ferri non poterant, et quamquam dux ſuos moneret, nuſquam trepide, vel effuſe cedere, ſed denſo agmine urbem repetere, tamen vincente pudorem metu cuncti aufugerunt, et in ipſa fuga ducenti (38) ferme deſiderati ſunt. Hoc modo a turris cuſtodibus malum repulſum in alios recidit. Haec victoria mirum in modum Perſas extulit, poſtquam ſcivere, ducem praecipuum pulſum fuiſſe. Hoſtes, quum inſuper arcem ingreſſi, via occulta noſtris incognita intra urbem penetraſſent, atque ob hoc ingens jam fieret tumultus, plurimi eo concurrerunt, repulſiſque hoſtibus, tunc demum cognitum eſt, alium locum ſupereſſe, quem muniri oporteret. Ergo, unde illi

(38) DUCENTI. Ty. [Male: nam *ducenti* quorius, *Trecenti.* Ibidem. que numerantur Tyrio.]

illi aſcenderant, foſſa ingens eſt perducta, deſuperque ligneae turres erectae ſunt, ex quibus milites Perſas repellerent: ſed, dum uni obviant malo, majus aliud, fames videlicet eos invaſit, et eo inopiae fuit ventum, ut equi, et aſini carne (39) veſcerentur, aliorumque animalium cibo humano inſueta. Hae tum res in deliciis erant, et herbae notae, aut incognitae, vel earum radices, et quum anguſte ſolum a mari re frumentaria uterentur, hanc fa-

 cul-

(39) EQUI, ET ASINI CARNE. Sigebert. Gemblac. Chronico ad annum MXCVIII. *Obſeſſa Antiochia, in tantum attenuati ſunt Chriſtiani propter omnium rerum penuriam, ut in toto exercitu vix centum boni equi invenirentur.* Et paucis interjectis: *Nono obſidionis menſe capta Antiochia, Chriſtiani a paganis vice verſa obſeſſi, tanta fame afflicti ſunt, ut vix aliqui ab humanis carnibus ſe abſtinerent.* Archidiacon. Huntindon. Lib. VII. *Spes crevit paganis, et fames Chriſtianis.* Et poſt pauca: *Coria equorum, et aſinorum, decoquebant, et vorabant.* Miſerabilis toleratae famis exitus deſcribit *Tyrius* [Lib. VI.] Cap. V. et Cap. VII. unde haec noſter verbotim pene hauſit, quem adi. *Robert. Monach.* Lib. VI. pag. 59. *Fames omni hoſte crudelior noſtros invadit, viresque eorum de die in diem attenuavit. Vultus marceſcunt, brachia deficiunt, et tremula manus vix terrae vellicat herbas, et frondes arborum, et radices raporum ſilveſtrium. Haec omnia coquebantur et comedebantur. Crus aſini ſexaginta ſolidis comparabatur, et qui eme-

cultatem barbari ademerunt. Miſſa enim tria millia equitum, multis in littore caeſis viris, naves repertas incenderunt, itinereque infeſſo ſpem abſtulere Chriſtianis, quicquam a mari conſequendi, atque ideo creſcens fames multos homines, atque equos abſumpſit, multos compulit, urbem deſerere, vitae praeſidium quaerentes, quorum pars magna ab ipſis hoſtibus cuncta tenentibus fuit caeſa. Vetiti autem, portas egredi, fame impulſi ſe ex muris prae-

emebat diſſipator ſubſtantiae non aeſtimabatur. Panis parvus appreciabatur uno biſantio. Carnes equorum, aſinorum, camelorum, boum, bubalorum conſumebantur, inſuper eorum coria concoquebantur. Baldric. Lib. III. pag. 114. *Fames interim pedetentim invaluit; et, ut equos, et aſinos, et ſi quid aliud immundum erat, devorarent, compulſi ſunt Chriſtiani.* Guibert. Abbas Lib. V. Cap. XVI. *Oppreſſio adeo miſeranda ſuboritur, ut ad infames cibos equorum, aſinorumque carnes, compellerentur.* Tragice admodum Albertus [Lib. IV.] Cap. XXXIV. *Tanta inter Chriſtianos invaluit fames, ut pane deficiente, non ſolum camelos, aſinos, equos, et mulos comedere non abhorrerent; ſed etiam coria, quae indurata, et putrefacta per tres et ſex annos in domibus erant reperta, nunc calidis aquis madefacta, et mollificata, tum ea, quae recenter ab armentis avulſa, pipere, cumino, aut quolibet pigmento condita, manducabant.* Malmesbur. Lib. IV. pag. 78. *Carnes jumentorum, coria aquis mol-*

praecipitabant, intus quoque magni tumultus excitabantur, qui omnes ducum prudentia, et invicto animi robore ſedati ſunt, quorum modeſtia, et par cum aliis victus tenuitas, alios minus aegre inopiam ferre impellebat.

Inter eos, qui urbem reliquerant, quidam fuit Stephanus nomine, ſatis clarus, in Gallia princeps, qui juramenti, et datae ſociis immemor (40) fidei, habens quoſdam ſceleris comites, Galliam repetebat, Pamphyliamque in-

mollita, carduos parum coctos, mures, et cadavera cadaveribus infarcirent. Baldricus Lib. III. pag. 117. fuſe, et miſerabiliter. Paria obſeſſis a Tito *Hieroſolymis* ab *Hegeſippo*, et *Joſepho* memorantur, et *Sagunto* ab Annibale. *Silius Italicus* Lib. II. Punicor. [vs. 471.]

Nil temerare piget: rabidi jejunia ventris
Inſolitis adigunt veſci: reſolutaque, nudos
Linquentes clypeos, armorum tegmina mandunt.

Sed, ut illud obiter adtexam: *ſecta* eſt ſacerdotum Memphi *Chenesia* dicta, quae non alia temere carne, quam *equina* veſcitur, ſi vera ſunt, quae *Leo Africanus* Lib. III. et *Martinus a Baumgarten* Lib. I. Cap. XVII. retulerunt, et ex iis *Samuel Purchaſius* Lib. VI. peregrinat. Cap. V.

(40) QUI JURAMENTI IMMEMOR. *Sacramenti militaris*, ut late Lib. X. Antiquit. Romanar. [Roſini Cap. III. pag. 775. edit. Lugd. Bat.] dictum. *Fugere* autem, urgente fame, plerique magna-

ingreſſus, obvium habuit Graecum principem, qui ad ferendam noſtris opem contendebat, ſecum habens magnas copias non modo Graecorum, ſed etiam Latinorum, qui ad eum confluxerant, ut Antiochiam peterent. Is, quo ſuum ſcelus lateret, ait principi (41) orſus fabulam. Poſt longam obſidionem Antiochiam Chriſtianos cepiſſe, in qua neceſſaria quum deficerent, pro alendo exercitu, et fama eſſet, Corbagum adventare ab rege Perſidis miſſum, ut ſuppetias urbi ferret, et eum ex-

gnatum, ſed praecipui *Wilhelmus de Grentamenilg*, et *Albricus* frater ejus, et *Wido Truſſellus* et *Lambertus Pauper*, inter fugitivos ponuntur, *Anonymus Geſt. Francor.* Lib. IV. Cap. XXIII. (pag. 17. edit. Bongarſii.) *Willehelmi* duo, *Carpentarius* ſcilicet, et *Boamundi ſororius*. Albert. [Lib. IV.] Cap. XXXVII. *Stephanus Bleſenſis comes* jam diu antea aufugerat, ibidem. *Willelmum Normanum* cognomento *Grantemaiſnil*. Tyrius [Lib. VI.] Cap. XI. Boamundi *ſororium* frater ejus *Albericus* ſecutus eſt. Guibert. Lib. V. Cap. XV. Porro *Stephanum Bleſenſem* * plerique omnes fugiſſe tradunt, ſecuti Tyrium Cap. X. At Robertum Monachum ſi audiamus, *Carnotenſis* erit *comes* Lib. VI. pag. 59. Bernardus Scotus.

Conſul Carnotis, urbs inclyta, claraque notis,
Territus aufugit, bellum, ſocioſque reliquit.

* (Sed fuit Stephanus *Carnotenſium* et *Bleſenſium* comes apud Tyrium l. c.)

(41) ORSUS FABULAM.

exercitum ſecum trahere, cui pares eſſe non poſſent, ipſeque ſalutaria magis, quam ſpecioſa ſuadens alios admoneret, ne, ſe obſideri paterentur, et eo loco ab hoſte claudi, unde evadi tandem nequiret, ſed ea tum peterent loca, in quibus tutum eſſet refugium, quosdam ſanis conſiliis adverſatos cauſam fuiſſe, ut cuncti in urbe remanerent. Ergo ipſum cladem certam praevidentem diſceſſiſſe, migraſſeque in proximas regiones, quandoquidem plus temeritas, quam ratio poterat, et quum audiſſet, urbem a Perſis jam obſeſſam, neque incluſis ſpem ſalutis ſupereſſe, fame, armis, ac metu oppreſſis, ſe abiiſſe, ut prius Byzantium, atque inde Galliam peteret, et ſibi videri, fruſtra iter principem facere, quum victos Chriſtianos, captamque urbem haud dubie putet, nec ipſum cum hoſtium copiis parem fore, quae ſupra modum ſuas excedant; ideoque debere illum ſibi conſulere, ne, ultra pergendo, magnam ſubeat calamitatem. His verbis Imperator permotus, virique auctoritate, quem mentiri in tanta re, nullo modo arbitrabatur, Byzantium cum exercitu rediit. Id annuiſſe Deum, crediderim, ut penes eos pulſorum hoſtium eſſet decus, qui pro illius laude

LAM. Late *Tyrius* [Lib. [Lib. IV.] Cap. XL. *O.* VI.] Cap. XI. *Albertus mnes.*

arma ſumpſerant. Caeterum noſtri, ut laeti acceperant, eſſe in via Graecum principem, quo auxilium illis ferret, magnumque exercitum ducere, quaſi lux inſperata, et certa ſalus perditis rebus affulſiſſet; ſic moeſti deinde ſupra modum fuere, illum redire, audientes, et, praeter duces, reliqui ſpem ſalutis amiſerant. Rebus in hoc diſcrimen adductis, referunt nonnulli, cuidam clerico (42), dum quieſceret, viſum adeſſe Andream apoſtolum jubentem illi, ducibus dicere, haſtam (43) cum qua Chri-

(42) CUIDAM CLERICO. Conſentiunt omnes, nec nominat ullus, praeter *Tyrium*, qui Lib. VI. Cap. XIV. *Petrum*, et Lib. VII. Cap. XVIII. *Petrum Bartholomaei* vocat, unde ex eo nominandi modo liquet, Italicae gentis fuiſſe: nec tantum *revelationes* D. *Andreae*, ſed et ipſius *Salvatoris*, apud Robertum Monachum, Baldricum Archiepiſcopum, et Guibertum Abbatem, repetere licet, ab aliis omiſſas, et *Angelorum* apud Tyrium.

(43) HASTAM. *Lancea Longini.* Hiſtoria exſtat Lovanii ad S. Martinum, *Joan. Molan.* Addit. Uſuardi, die XV. Martii. *Sigebert. Gemblacenſis* Chronico ad Annum MXCVIII. *Confortati Chriſtiani a Domino per inventam ipſius lanceam a tempore apoſtolorum non viſam* Tyrius [Lib. VI.] Cap. XIV. *Effoſſa terra in altum aliquatenus*, (in Eccleſia S. principis apoſtolorum) *lanceam* (qua Domini noſtri Jeſu Chriſti latus fuerat perforatum) *reperiunt*. Henric.

Chriſti latus transfixum fuerat, ſub terra, in aede Petri apoſtoli conditam eſſe, locum etiam deſignantem, minantemque illi, niſi juſſa exſequeretur; clericum vero experrectum rem ad principes detuliſſe, motoſque illos iviſſe ad locum, et, terra defoſſa, haſtam cum ferro eſſe inventam, qua praeclara ſolemni pompa Chriſtianos omnes urbem luſtraſſe maxime laetos, quaſi viſtoriae omen accepiſſent, et, quamvis prius hoſtes timerent, nec auderent illis congredi, tamen poſtea pugnae avidos eam a ducibus popoſciſſe.

 Non

ric. Hunindon. Archidiacon. Lib. VII. hiſtoriar. *Apparuit cuidam S. Andreas apoſtolus, lanceam, unde percuſſus Salvator fuerat, ei revelans.* Roger. Hovedenus Annal. Part. I. pag. 267. *Lancea, qua mundi Salvator in cruce pendens vulneratus eſt, Andrea apoſtolo ſanctorum mitiſſimo revelante, in Eccleſia S. Petri apoſtoli inventa eſt.* Inventa autem eſt *die* [*octavo decimo Kalend. Julii*] Raimundus de Agiles pag. 152. Conſentiunt omnes in modo, et re ipſa. *Aquenſis* Cap. XLIII. *Lanceam, ſicut a clerico didicerant, invenerunt, inventam in praeſentiam omnium Chriſtianorum principum in ipſo oratorio pertulerunt, plurimum hanc divulgantes, et oſtro pretioſo involventes. S. Andreas* ad clericum (apud Robertum Monachum Lib. VII. princ.) *feſtina, ut extrahas eam* (lanceam), *quoniam portantibus eam ſequetur victoria.* Eadem apud Guibertum Abbatem Lib. V. Cap. XIX. *Quocunque lanceam*, (qua Salvatoris noſtri Jeſu Chri-

Non deſunt, qui affirment, coactos inopia milites, quum neceſſaria jam deficerent, nec ultra fames poſſet ferri, adempta ſpe Graeci exercitus, mori in pugna praeoccupaſſe, quam diutius tot incommoda, et impendentem calamitatem ſubire; duces vero ab initio dimicare non auſos, quia territos milites adventu hoſtium ſenſerant, nec tutum cenſebant cum his confligere, qui longe numero praeſtarent, quoſve adhuc experti non erant; praeterquam ſuos confirmarent,

Chriſti perforatum legitur latus) *pertulerint*, *victoria ſibi certa proveniat.* Baldric. Archiepiſcopus Lib. III. pag. 116. Sic S. Andreas Petrum illum, ſeu Gallum clericum, ſeu Italum ſacerdotem alloquitur: *Haec revelatio multum proderit fatigatis Chriſtianis, utpote quibus pro lancea profluet confidentia ſalutaris.* Modum deinde repertae lanceae, ut alii, concorditer deſcribit Cardinalis Vitriacus Cap. XIX. [pag. 1065.] *Tandem autem inedia perurgente, et fame intolerabili compellente, de neceſſitate facientes virtutem, pauci contra multos ad proelium coacti ſunt exire: lancea Domini ſancta, qua latus ejus in cruce* (pendentis) *fuerat perforatum, quae paulo ante per revelationem ſub terra reperta fuerat, eos pro vexillo praecedente.* Similia ab aliis relata paulo infra.

De hac *lancea* reperta Antiochiae *Nauclerus* Vol. II. Generat. XXXVII. *Baronius* Tom. II. *Thomas Bozius* Lib. XVII. de Signis Eccleſ. Cap. VII. *Anton. Dauroultius* Cap. III. Flor. Exemplor. Tit. 48.

rent, quos meliores in dies fore arbitrabantur, putabantque annonae copiam a mari futuram, atque interim poſſe accidere, ut occaſio rei bene gerendae illis daretur, et eos ob haec proelium diſtuliſſe. Utcumque tandem fuerit, non improbandos eos puto, qui prodigium hoc memoriae tradiderunt. Si enim Sacrae (44) continent Literae, ſuos Deum ſaepe ſervaſſe, ipſis pene fatis erectos, eoſque feciſſe victores, quamquam illis vires deficerent, quum referant, Deum, vel angelos ho-

(44) SI ENIM SACRAE. Plurima *in Sacra Pagina* exſtant loca, *electos Dei exercitus*, viribus licet impares, omnique vincendi ſpe deſtitutos, *Dei ope victores in bello exſtitiſſe*, demonſtrantia. Et in hac *Syria* Provincia, de qua *Auctor* hic, aliis omiſſis, id contigiſſe indicat *Machab.* Liber I. Cap. III. [num. 13.] ſ. dum contra *Seron* Syriae exercitus principem, multo in Iſraëlitas armatum milite, *Judam* cum paucis, jejunioque defeſſis viris divino auxilio ita fortiter pugnaſſe, legitur, ut *octingenti* (reliquis fuga ſervatis) de exercitu Seron primo congreſſu ceciderint. Et in eod. *Machab.* Lib. I. Cap. IV. [num. 28.] ſ. legitur, *Lyſiae* pro Antiocho rege cum ſexaginta millibus electis viris, et quinque mille equitibus contra acceptum Deo populum pugnanti *Judam* decem tantum millibus armatum, divino at munitum praeſidio ſtetiſſe, ut, commiſſo proelio, de Lyſiae exercitu *quinque millia* virorum obierint, caeteri vero fugerint.

Atque non in multitudine

hominibus locutos, vel per ſomnium loqui viſos, et ſaepe ab his in rebus dubiis datam opem, quis admiretur, ſignum hoc Numen oſtendiſſe pro ſua gloria decertantibus? quo ardentius dimicarent, juviſſeque illos, ut praeter ſpem magna victoria potirentur. Exemplis enim, rationibuſque hi ſunt convicti falſa dicere, qui Deo humana curae non eſſe (45), cunctaque caſu fieri tradiderunt, ab aliis eruditis pene irriſi, nec ſane injuria, quum, verbis Deum ponentes, re ipſa ſubſtulerint. Sed jam ad inſtitutum redeo. Duces laetati, cunctos milites pugnam cupere, ac rati, eorum ardore utendum eſſe, ne, re dilata, is frigeſce-

ne exercitus, *ſed in Dei fortitudine victoriam conſtituendam eſſe*, idem indicat *Machab.* Lib. I. Cap. IV. dum *Gorgiae* pro eodem rege Antiocho quinque millibus ad bellum apprime inſtructis viris, et mille equitibus contra Judaeos praelianti, *Judam* cum tribus tantum millibus, non tegumenta, et gladios, ſed totam in Deo ſpem habentibus occurriſſe fertur, ac ita feliciter, ut de Gorgiae exercitu *tria millia* ceciderint, caeteri in fugam converſi fuerint.

(45) DEO HUMANA CURAE ESSE. Firmata haec veritas eſt, *unicum eſſe Deum*, *et res humanas dirigere*, in Commentariis ad *Claudianum* meis Lib. I. in Ruffin. princ. et plura in Mantiſſa ad *Mythologos* mea Cap. III. ex *Sybillinis oraculis*, *Paulo Oroſio* Lib. IV. Cap. I. *Suida*

ſceret, animiſque triſtia magis, quam laeta obverſarentur, conſilio habito, poſtridie pugnam fore, pronuntiarunt, palam jubentes, ut cuncti arma, equos, atque animos praeparent, et in victoria magnum imperium, tuta omnia ſibi proponant, ſi victi erunt, certam calamitatem, nuſquam enim fugam illis tutam patere. Cuncti ergo juſſis parentes arma, et equos expedire, corpora, animoſque reficere, ſe invicem exhortari, finem malorum adeſſe, dicere, ſi eo proelio Perſas vincerent; quove magis incitarentur, placuit ducibus, ut legatus pontificis accurata oratione illos ad pugnam hortaretur. Is igitur, advocata concione, in hunc modum locutus fertur.

„ Er-

da, Athenagorae Apologetico. *Clem. Alexandrini* Protreptico *Minutio Felice* in Octavio. *L. Seneca* Lib. IV. Benef. Cap. XXXI. *Lactantio Firmiano* de ira Dei Cap. XIX. Lib. III. Inſtit. Cap. XX. *Lutatio Placidio* ad Lib. III. Theb. Statianae vs. 350. *Vetere Scholiaſte* Juvenal. ad Sat. XIII. vs. 86. *Aurelio Prudentio* Lib. II. in Symmachum. *Ennodio Ticinenſe* Dict. XXIV. Impie *Caecilius Comicus* apud Tullium:

- - - *Deum qui ſummum putet,*
Aut ſtultum, aut rerum eſſe imperitum exiſtima.

Accius Comicus eodem aevo [in Antigona pag. 98. Ed. Scriverii.]

.- *Jam-*

„ Etſi mihi eſt perſuaſum, nullius verbis
„ opus eſſe, quibus in hoſtem concitemini,
„ quum vos ultro poſcere pugnam, audierim,
„ nec ferre animo aequo, eam parumper dila-
„ tam eſſe; indignum tamen protinus cenſui,
„ ſi ad vos confirmandos mea vox, oratioque
„ deficeret. Trahimur enim in diſcrimen non
„ modo nunc ſalutis noſtrae, ſed Chriſtianae
„ religionis, quae vobis victis labem ſubiret
„ ſempiternam, et multis in locis cum damno,
„ ac dedecore deleretur, irrituſque fieret
„ labor, ex quo pro ea, domitis hoſtibus,
„ huc vincentes perveniſtis; me vero ejus vi-
„ cem gerente, qui parens eſt Chriſtiani ge-
„ neris, cujus eſt praecipuum munus tueri ve-
„ ram religionem, a quo moniti, atque im-
„ pulſi arma in Aſiam tranſtuliſtis, nonne ſce-
„ leris poſſem argui, ſi oblitus officii retice-
„ rem? vel vos, ut decet, aliquanto enixius
„ ad

— — — *Jamjam neque DI regunt.*

Lucanus Lib. VII. vs. 447.

Mentimur regnare Jovem.

Sed hanc *Diagorae Melii*, *Luciani* in Menippo, aut *Theodori Cyrenaei* improbam amentiam ipſi Ethnici confutarunt *Cl. Aelian.* Lib. II. Var. Hiſt. Cap. XXXI. Vetus *Poëta* apud Nonium Cap. IV. num. 346.

— *Nam*

" ad tuendam ſalutem, religionem, laudem
" non hortarer? Atque in primis jure laetan-
" dum mihi cenſeo, intuens vos fortiſſimos vi-
" ros eo robore animi, quo ab initio fuiſtis,
" memoreſque geſtarum rerum ſibi victoriam
" certam proponere, nec hoſtium copia, nec
" viribus commoveri, vitamque paratos abjice-
" re, ut partus decor conſervetur. Quae mens
" egregia, et voluntas, ſi (ut ſpero) in ipſo
" proelio eadem erit, huc haud dubie, hoſti-
" bus victis, revertemur. Nam, praeter nu-
" merum, nihil eſt, in quo illi excellant, vel
" jure vobis comparentur, quorum pars ma-
" gna ſunt tirones, arma induere, ſtare in a-
" cie, cedere hoſtem inſueti: qui non modo
" impetu veſtro, ſed primo clamore propellen-
" tur, cedenteſque ſine ordine aliquo ſimul ad
" fugam ſuos trahent. Raro enim tales mili-
" tes prodeſſe in bello, crebro nocere conſue-
" verunt. Nam, quum res bellicae ſupra re-
" liquas uſum flagitent, et animi magnitudi-

Ff " nem

- - - *Nam non facile ſine Deum opera Propria humana ſunt bona.*

Simon quidam in Syllis apud Laërtium. *Leontius* in Latina expoſitione Phaenomenon Arati. *Doſitheus* magiſter Hadriano, Imp. ab epiſtolis Lib. II. Sententiar. *Oppianus* Cilix. Lib. II.

„ nem ; quibus ineſt majus periculum , hi „ ſunt trepidi, et inutiles, qui novi in hiſdem „ exercentur. Ideo ſaepe ejuſmodi milites in„ gentium cladium cauſa fuerunt, nec duces „ boni ſpem habere in hominum copia, ſed „ virtuti ſoliti ſunt. Id hiſtoriae indicant ve„ teres, quorum multi parva manu magnos „ exercitus fuderunt, nec alii magis, quam Per„ ſae ipſi, talis rei documentum fuere, ſaepe „ a paucis Graecis, vel Romanis fuſi, quam„ vis pene innumerabiles eſſent. Genere au„ tem quiſnam ambiget, longe hos vobis im„ pares eſſe ? Italos enim, Galloſque, aut „ Germanos vos conſpicio, qui robore corpo„ ris, atque animi, et uſu armorum ſemper „ omnibus praeſtitiſtis, quorum majores ſubli„ mem gloriam rerum geſtarum reliquere. „ Hi vero Aſiae populi ſemper molles, effoe„ minati, atque imbelles habiti ſunt, praeſer„ tim noſtra aetate, in qua, ſi quis ineràt illis „ vigor, ob licentiam nimiam eſt deletus. „ Non in caſtris, non in acie ordinem ſer„ vant, nec induſtria illis, nec ratio ineſt mi„ litaris, temere ſparſi, pene inermes, pugnam „ ineunt, ſtare cominus, manum conſerere

„ for-

II. Halicut. princ. et Lib. IV. Cyneget. princ. *Caſſio-dorus* Lib. XII. Epiſt. XXV. *Philoſtratus* Lib. VIII.

„ formidant, ad id vero demum compulſi fa-
„ cile ſuperantur. Pluribus verbis forſan ute-
„ rer, ſi periculum factum non eſſet, qua-
„ lem hoſtem habeamus. Quis enim neſcit,
„ Perſas hos, vel Syros eſſe? qui ſaepe victi,
„ ac caeſi a vobis tot provincias amiſere, quos
„ noviſſime hic obſeſſos adeo fortiter ſupera-
„ ſtis. Nec moenia, nec hyemis aſperitas,
„ nec arma illos tutata ſunt: quin demum
„ caeſi, vel fugati Syriam pene totam amiſe-
„ rint, neque ambigo, eos his longe praeſti-
„ tiſſe, cum quibus vobis eſt pugnandum.
„ Illi erant veteres milites, qui rege duce pe-
„ ne Aſiam ſubegerunt, Bithyniae demum,
„ Syriaeque praefecti, ut bello parata tueren-
„ tur. Hi autem, qui nos obſident, quid ege-
„ runt laude dignum? quos vicerunt validos
„ hoſtes, quando e Perſide belli cauſa, niſi
„ hoc tempore ſunt egreſſi? Cum quibus
„ arma, niſi vicinis contulerunt, quae tum
„ fuit horum virtus, quum Balduinum obſe-
„ dere? nonne a paucis propugnati? repulſi
„ tandem abire coacti ſunt? Huc vero pro-
„ fecti, parum abfuit, quin ab equitum ala,
„ duce Goffredo, vincerentur. An ergo vos

VIII. vita Apollonii Cap. Ruffin. vs. 7.]
III. *Claudianus* [Lib. I. in

Con.

„ cum hoc ignavo conferam hoſte, qui tam „ longo itinere, per medios hoſtes huc vincentes, perveniſtis? omnia pati, quae fides „ eſt, hominem pati poſſe, quos nullae acies „ unquam ſuſtinuerunt, quibus arma ferre, „ hoſtibus congredi ludus videtur. Nec aliquis pene veſtrum eſt, cujus non multa notata locis, temporibuſque referri poſſint decora. Proinde vobis in proelio is inerit animus, qui victoribus, illis qui victis ineſſe „ ſolet. Nec enim illi toties fuſi vos contemnent, nec magnopere ſuae fident virtuti, „ quippe qui ſe, ac vos noverunt. Neque hi „ vobis terrori erunt, quos egregie ſuperaſtis. „ Proinde pergite magno animo, quo vos ego „ ſentio praeditos, hoſtique armis oſtendite „ vos, non metu illi ceſſiſſe, nec obſideri paſſos urbem[1], quia pugnam detrectaretis, ſed „ duces veſtro ardori obſtitiſſe, ut idoneo „ tempore veſtra virtute uterentur. Quiſque „ exiſtimet, ſi in hoc demum vicerit proelio, „ inopiae, ac periculis finem imponi, deleri „ pene hoſtium opes, Syriam totam ſimul ſubigi, expedirique iter in Judaeam, gloriae „ quoque tantum quaeri, ut pares veteribus, „ quo-

[1] *Conſilio firmata Dei.* *T. Lucretius* Lib. V. [vs. 8.] et *Omnes.* Rutilius Nu-

" quorum res deſcriptas legimus, habendi ſi-
" tis, ac veſtras laudes nulla obſcuratura ſit
" oblivio; quin immo ſtupeſcent poſteri res le-
" gentes, vel audientes veſtras, et nomen ve-
" ſtrum laudibus dignis proſequentur, praeſer-
" tim quum vos non regnandi libido, non
" aviditas opum ad haec impulerit, ſed pie-
" tas, religio, et verae gloriae dignus amor,
" ob quae patriam, liberos, conjugeſque re-
" linquere, ac tot periculis vos exponere non
" dubitaſtis; digni profecto, ut cuncti vos
" omnes memoriae claris viris in cauſa belli
" anteponant, et velut humani parentes ge-
" neris praedicent pro ſalute omnium natos;
" atque, ut pro laude tantum, non pro vita
" hoc eſſet certamen. Sed in diſcrimine nunc
" res eſt, an ingens decus, regnumque nobis
" quaeratur, an vero haud dubie pereamus.
" Nam hic manere ultra non poſſumus, abi-
" re autem per hoſtes non licet, qui cuncta
" itinera clauſere, facileque opprimerent ab-
" euntes armis inopia, ſitu locorum circum-
" ventos. Nam vos fugientes, quae urbes
" recipient? quis tranſire permittet? unde ad-
" erit commeatus? quem vix integri, ac vi-

Ff 3 „ cto-

Numatianus Lib. I. [vs. 18.] *Conſiliumque Dei machina tanta fuit.*

" ctores reperiſtis, an fiditis in captis oppidis?
" quae (ut mos barbaris eſt) cum fortuna
" mutabunt fidem; vel, ſi perſiſtent in offi-
" cio, an ea contra hos hoſtes tuebimini, vel
" his incluſi copia rerum abundabitis? Itaque
" neceſſitatem vobis fortuna impoſuit proti-
" nus dimicandi, et vi, atque armis evaden-
" di. Nam ſi (quod omen Deus avertat, et
" nunc exprimere horret animus) in ipſa pu-
" gna ſuperabimur, nuſquam vobis erit refu-
" gium, nemo evadet manus barbaras, vel
" saeva mors, vel ſervitus miſera nos mane-
" bit: conjuges, liberi veſtri, ſi qui adſint,
" eandem ſubibunt calamitatem, et parta laus
" tot laboribus, tot periculis, amittetur, dele-
" bitur in Aſia Chriſtianum nomen, et for-
" ſan hoſtes Graecos quoque armis invadent,
" ſpem omnem noſtri amittent ſepulchri re-
" cuperandi, nec ulterius Aſiam petere aude-
" bunt. Nam, vobis caeſis, qui ſuperabunt
" virtute pares? quis non horrebit, id onus
" ſubire, qui ſuccubuiſtis? qui ulterius religi-
" onem, laudem omnibus rebus anteponent,
" exitum veſtrum reputantes? Nulli certe, vel
" pauci, atque ideo clades veſtra ingens de-
" decus, magnam ruinam Chriſtiani nomi-
" nis ſecum trahet. Proinde oro, atque ob-
" ſecro milites, ut, quo animo pugnam po-
" ſcitis, eo in acie demum ſitis, veſtrae vir-
" tu-

" tutis, rerum geſtarum, et ſalutis omnium " memores, putetiſque, vos intueri Chriſtia- " num genus, palamque atteſtari, quales in " pugna jam fueritis, talem ejus fortunam " deinceps fore.

Sic firmatis militum animis, quod erat roboris in exercitu, deligunt, et qua erat pugnandum die, hos celeriter inſtruunt. Acies peditum fronte, cornibuſque diſtincta erat, ab equitibus cincta erat, quibus maxime duces fidebant, et, ne circuiri a multitudine poſſent, ultimum agmen valida manu circumdederant, cornuaque ſubſidio ſunt firmata; non recta fronte, ſed a latere poſito, ne noſtri ab hoſte circuirentur. Aliam turbam, quae fuit magna, nocte urbem exire per diverſam ab hoſte portam, juſſerant, et, duce Tancredo, loco idoneo clam conſidere, cumque acceperint hoſtium animos, oculoſque certamine occupatos, tunc repente magno tumultu illos invadere. Dextro cornu (46) Boamundus, et ſimul Galliae regis frater, laevo Toloſae, ac Flandriae reguli praefuerunt, acies media ipſi Goffredo tuenda data. " Is monuit pedites, ut " hoſtium equitatum, laxatis manipulis, rari " ex-

(46) DEXTRO CORNU. Eadem apud Omnes *aciei ordinatio* in exercitu Chriſtiano.

" exciperent, nec minus equos confodere, " quam barbaros niterentur, ſigna ſequi, ſer" vare ordinem ſtudere, ducibuſque prorſus " parere, neve ſibi ipſis praeſcriberent, quo „ progrediendum, aut quid agendum eſſet, „ neque plus ſe, quam duces de victoria, et „ exitu rerum ſentire exiſtimarent. Temeri„ tatem enim raro felicem, crebro pernicio„ ſam eſſe conſueviſſe, nec minus a milite „ modeſtiam, quam vires, atque animi ma„ gnitudinem deſiderari. Legatus inſuper, ſacerdoteſque alii, ſtolis ſuper arma induti, acies obeundo, cunctos ad pugnam hortabantur, victoribus incredibilem laudem adeſſe, morituris ad coelum aditum praedicantes.

Corbagus autem certior factus, parare ſe ad pugnam Chriſtianos, illius avidus acies jam inſtruxerat, et partim per ſe, partim per eos, qui ducebant ordines, monuit ſuos, „ ut „ fortiter dimicarent (47), ne fama hoſtium, „ aut viribus moverentur. Eorum enim, qui „ in Aſiam venerint, vix partem tertiam ſu„ pereſſe, atque hos ipſos famem, labores, „ ac vulnera confeciſſe, fracta, quaſſata„ que arma illis reſtare, paucos, ac debiles „ equos

(47) UT FORTITER DIMICARENT. Corbagi *concio eloquentiſſima*, Haec et ſupra omnes alias hos

„ equos fame jam pene abſumptos, nec aliud „ eos ad pugnam elicere, quam ſummam ne„ ceſſitatem, quum ferre inopiam, vel tuto „ abire minime queant. Nam, quoad cibus „ non defuit, ſemper hos pugnam detrectaſſe, „ intra moenia latitantes, et unicam ſpem in „ ope Graecorum habuiſſe, quae demum irri„ ta illis fuit. Itaque nulla ex parte pares Chri„ ſtianos Perſis fore, non viros quippe, ſed „ umbram hominum, et effigiem eſſe. Prae„ terea dimicandum non modo pro laude, vel „ imperio, ſed pro ſalute Aſiae, quam ſaevi „ homines, ab oris extremis occidentis profe„ cti, vaſtare inſtituerunt, nec alium eſſe du„ cem, aut exercitum, qui eiſdem, ſi vice„ rint, queat reſiſtere, ac omnes clades, quae „ accidere ſolent victis, ſecuturas omnes, vi„ delicet ſexus, atque aetatis caedes, miſerri„ mam ſervitutem, penuriam rerum omnium, „ direptiones urbium, et incendia, everſio„ nem religionis, et totius Aſiae vaſtitatem. „ Neque enim apud hoſtes adeo ſaevos, at„ que immanes ullum pietati locum fore: „ proinde, vel in pugna vincendum, vel, „ fortiter dimicando, moriendum, eſſe; nec „ in precibus, aut votis ſpem habendam, ſed

hoc opere, aut apud alios pleraque ex Dariana apud forſan aevo, culta; ſed *Curtium* [Lib. III. Cap. VIII.

„ in armis, ac virtute delendum eſſe acce-
„ ptum dedecus, nitendumque omnibus viri-
„ bus, ne multi a paucis, fortes ab imbecillis,
„ obſidentes ab obſeſſis, ac pene jam victis ſu-
„ perentur.

Sic accenſis utrinque animis, quum jam acies propinquarent (48), nitidior lux, diſcuſſa caligine (49), quam circa humida loca effuderant, clarum proſpectum omnibus dabat, et univerſa futuri diſcriminis facies in oculis erat, et fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor mentes turbabat, et ſpe, ac metu ſimul pugnantibus animis militum modo triſtia, modo laeta obverſabantur, tandem acriter magno impetu eſt concurſum. Sublatus a noſtris (50), redditusque

VIII.] facundia exprimens: apud alios nullae ſunt ante hanc pugnam conciones, niſi *Robertum* Lib. VII. [pag. 63.] ſed quae huic, et rerum pondere, et verborum majeſtate longe cedat.

(48) ACIES PROPINQUARENT. Exeuntes curam, cuſtodiamque civitatis *Raimundo* commiſerunt. *Albertus* [Lib. IV.] Cap. XLVIII. *Tyrius* [Lib. VI.] Cap. XVII.

(49) DISCUSSA CALIGINE. Chriſtianis egredientibus, ros ſuperfuſus univerſis ſolatio fuit, *Tyrius* [Lib. VI.] Cap. XIX. et fumum ſubortum, non ſine maximo fidelium diſpendio, diſſipavit. *Albertus* [Lib. IV.] Cap. XLIX.

(50) SUBLATUS A NO-

tuſque a Perſis clamor nemora, circumjectaſque valles terribili ſono repleverat. Ingens ibi animorum contentio, viriumque ciebat pugnam, et ſpem utrinque ambiguam fecerat, nec ſtrenui ſolum, ſed ſegnes, timidique illorum exemplo accendebantur, gladiis, aut haſtis rem gerentes, vel ſagittis, quarum vim magnam primo congreſſu Perſae conjecerant; nec duces ad regendum modo conſilio non affuere, ſed ſuiſmet corporibus dimicantes miſcuere certamina. Cadebant multi ex utraque acie, longe plures vulnerabantur, horrendaque erat protinus res, armorum ſtrepitus, clamores diſſonos, morientium gemitus audire, paſſim ſtrages hominum cernere, micanteſque in dextris gladios, et furentium mi-

NOSTRIS. Tota haec pugnae deſcriptio, alternatio, caedes, victoria, fuga, ex *Curtio*, et ornatior forſitan, quam rei geſtae conveniens: nam multa ad hiſtoriae ſeriem ſpectantia hic omiſſa, et ſuſpicor *truncatum eſſe Benedicti noſtri Opus*: nam ad Corbagum Petrus Eremita aliquot diebus ante proelium iſtud, deſtinatus, ex communi principum voluntate, *Tyrius* [Lib. VI.] Cap. XV. *Albertus* [Lib. IV.] Cap. XLIV. et inanis, paciſque expers rediit. *Tyrius* Cap. XVI. *Albertus* Cap. XLVI. ut alios omittam. Pugnandi ſignum ad Corbagum ex arce alte ſublatum, ut certo noſtros in armis eſſe hoſtes intelligerent, nec inopinato opprimerentur, *Albertus* Cap. XLVIII.

litum ora, qui non modo armis, ſed vacuis manibus, pectoribuſque telo forſan, aut enſe carentes invicem decertabant. Et quamvis Perſae multitudine freti undique inſultarent, noſtros circumvenire, perrumpere ordines niterentur, modo rari ſparſique, modo conferti dimicantes, tamen a fronte, ac dextro cornu magna vi propulſabantur, nec erat facile ab eo cornu circuire pugnantes a montibus proximis tectos, et duces eximii cum factis fortibus, tum monendo, atque hortando accendebant certamen, et, ubi videbant premi ſuos, cum manu delecta ferebant opem; milites quoque ſigna inferre, ac vi majore hoſtem premere compellebant, pedites ipſi progreſſos temere Perſas equites (ut erant juſſi) excipientes, vel occidebant eos, vel, equos haſtis fodientes, ſtragem ingentem faciebant, equis, et viris una ruentibus.

At cornu in laevo alia erat belli facies. Ibi enim Perſae annixi concuſſerant primo impetu noſtros, pedemque referre coëgerant, et undique circumfuſi, nec reſpirandi noſtris, nec ſe explicandi locum dabant, mixtique peditibus equites confuderant pene omnem ordinem, nec

XLVIII. Solymanus a tergo irruens, gravi periculo Boamundum afflixit, et principes ſubveniunt, *Tyrius* Cap. XX. *Albertus* Cap. L. Bernardus Scotus: *Cur-*

nec ultra hoſtes poterant ferri, ni ſubſidiariae cohortes ſeſe illis objeciſſent. Harum vis reſtituit proelium, et jam fugientes rurſus ad pugnam concitavit. Goffredus etiam, ubi accepit, ſiniſtrum cornu in periculo eſſe, partem eorum, qui claudebant ultimum agmen, ſubſidio laborantibus ire juſſit. Sic aequato tandem proelio cum marte ancipiti pugnaretur. „ Chriſtiani duces milites increpare, promptos lingua, ſegnes in armis dicere, quam feroces pugnam popoſcerint, quam nunc lente dimicarent, exprobrare, atque illos priſtinam vim, vigoremque abjeciſſe, fruſtra exhauſtos tot labores, actum de illis affirmare, ſi non acrius niterentur. His accenſi vocibus milites ſumma vi feruntur in hoſtem ſui periculi jam immemores, obſtinatique animo, vel Perſas vincere, vel in pugna oppetere ſtatuerant. Ergo movere gradu hoſtes, qui perculſi quamquam cederent, nulla ex parte fugiebant. Corbagus autem, ſtare illos, reſiſtere fortiter, hortabatur, et ſigna in hoſtem referre, laborantibuſque auxiliares cohortes ſubmittebat. Tancredus interea, ubi accepit, parte ab omni proelium eſſe, ac ſummis viribus dimicari, mi-

Currit in auxilium Boamundo belliger Hugo,

Quem ſequitur juvenis Godefredus clarus in armis.

Tur-

minime ultra morandum ratus, celeriter adverſus hoſtes contendit, ſuoſque, quum pugnae appropinquaverunt, eos clamores maxime tollere imperat, ac magno impetu Perſas invadere, ut illi ob haec maxime territi citius funderentur. Paruit ducis dicto miles, cujus clamor a Perſis acceptus, et viſa ſpecies magni exercitus, qui a latere incurrebat, ita quidem terruit eos vix, atque anxie noſtros ferentes, ut omnes propere terga verterint, tranſeunteſque vallem non longe a caſtris eorum diſtantem in loco edito conſtiterunt. Haerebat tergis fugientium victor, ſed ei proſpectum nubes pulveris pene abſtulerat. Ergo haud ſecus, quam in tenebris noſtri errabant, ad ſonum notae vocis, aut ſignum coëuntes, et ſtrepitum hoſtium magis, quam hoſtes ſequebantur, et, ubi ad collem eſt perventum, nova de integro pugna oritur, noſtris nitentibus collem aſcendere, atque inde Perſas repellere, illis autem repugnantibus, qui ſitu loci adjuvabantur. Conceptus

Turci ignem ſuccendunt, ut fumo Chriſtianis noceant, *Tyrius* ibid. *Albertus* Cap. XLIX. Fugientem Corbagum Podienſis epiſcopus inſectatur, *Albertus* Cap. LIII. Denique victoria ea parta erat, ut credebatur, praelata ſancta lancea, ut ex autoribus loco laudato liquet. Addendi alii. *Raimundus de Agiles*, qui pag. 155. ait, ſe lanceam geſtaſſe. *Sigebertus Gemblac* ad Annum MXCVIII. *Ipſa lancea*

ceptus vero in acie pavor, aeſtus ingens, ac praeteritae labor pugnae ita exſangues illos fecerat, ut eis animus, vireſque non longo ſpatio interjecto defecerint. Ergo ex colle tandem pulſi varias fuga petunt partes. Nec facile quis fortunae ludibria, ducum, atque agminum caedem, multiplicem victorum fugam, caedes nunc ſingulorum, nunc multorum haud animo aſſequi queat, vel ratione complecti, nec caeſorum numerus in ipſa fuga facile confici potuiſſet, cum per valles, per nemora, et varios ſaltus barbari caederentur. Alii enim, qua breve patebat iter, fugere nitebantur, alii arduos montes, et ignotos calles, aut ſilvas petebant, mixti peditibus equites, armatis inermes, integris debiles implicabantur, nec aliud aeque, ac ſitis eos conficiebat. Qui ergo in tutum evaſerant, paſſim omnibus rivis proſtrabant corpora, praeterfluentem aquam hianti ore captantes, nec ullus adeo fons occultus, aut limoſa ulla erat lacuna, quae veſtigantium ſitim falleret. Ferunt plerique, in proelio, aut

cea praecedente, obſeſſi obſeſſoribus concurrebant IV. *Kalendas Julii, et hoc tertio bello victoriam adepti ſunt.* Sanutus [Lib. III. Part. V.] Cap. VI. *Sed poſt promiſſam ad poenitentiam converſis victoriam, contra hoſtes exire diſponunt, et cum ſumma reverentia lanceam nuper inventam Domini Salvatoris pro vexillo erigunt, et contra hoſtes totaliter proceſſerunt.*

aut fuga periiſſe de hoſtibus pluſquam millia quinquaginta (51), et magnum numerum captum fuiſſe. Caſtra quoque ingreſſi noſtri a Perſis deſerta maxima praeda ſunt potiti, et inter tot repertas gazas (52) nulla fuit, quam equorum gratior praeda, quorum inopes Chriſtiani fuerant. Nec incruenta victoria fuit. Nam die ſequenti quaerentes noſtri ſuorum cadavera, quo ea ſepelirentur, paulo minus, quam

(51) MILLIA QUINQUAGINTA. Numerus caeſorum apud nullum, quod ſciam, exſtat.

(52) REPERTAS GAZAS. Praedae hujus abundantiam, et ſpoliorum varietatem, opulentiam, incredibiles divitias in caſtris hoſticis a Chriſtianis occupatas deſcribunt omnes; ſed opes omnes vincebat ipſius Corbagi *tabernaculum in modum civitatis, turribus, propugnaculis, et moenibus, ex optimo ſerico, et variis coloribus contextum, in cujus medio, quaſi a triclinio principali, in partes plures advexa defluebant diverſoria, quae quaſi per vicos diſtinguebantur, quibus duo hominum millia ſpacioſe conſidere poſſe dicebantur*, ait *Tyrius* [Lib. VI. Cap. XXII.] quem barbaricae opulentiae faſtum *Albertus* repetit [Lib. IV.] Cap. LVI. cui ſimile tentorium Conſtantio Caeſari adſignatum a *Sozimo* Lib. II. [Cap. XLVIII.]. De tentoriis fuſe ad *Claudianum* in Commentariis dixi Lib. I. de laud. Stilichon. [vs. 122.]

- - - Quoties ſub pellibus egit
Aedonas hiemes.

quam tria millia reperierunt. Hoc proelio facto die vigeſima (53) Junii menſis duces, praemiſſis hoſtium ſignis, atque agmine captivorum, triumphantium more ad urbem venerunt. Qui autem Perſae arcem tenebant, cum ſpem omnem amiſiſſent, pacti, ut ſoſpites poſſent abire, eam Chriſtianis tradiderant. Deinde, purgatis vetuſtis templis, quae barbari polluerant, praeſertim Petri apoſtoli, ſolennibuſque peractis ſacris, auctore legato, praeſul urbi eſt conſtitutus; quem patriarcham appellarunt. Is Hiſpanus fuit genere, Bernar-

 dus

(53) DIE VIGESIMA. Diſſentiunt omnes in numero, ac *Tyrius* quidem [Lib. VI.] Cap. XXII. notat, partam victoriam *die vigeſima octava Junii*, quem ſequuntur alii; *Robertus Monachus* Lib. VII. pag. 66. *Sigeberti* verba ad Annum MXCVIII. ſupra habes. *Henricus Huntindon.* Lib. VII. pag. 215. *Hoc bellum egit Dominus in vigilia Petri, et Pauli.* Wilhel. Malmesbur. Lib. IV. Hiſt. Anglic. pag. 79. *Rogerus de Hoveden.* Annal. Part. I. pag. 267. *Lanceae inventione animati Chriſtiani IV. Kalendas Julii feria 2. ſecum illam deferentes, de civitate exiere, et cum paganis proelio commiſſo, Corboran principem militiae Soldani regis Perſiae, et Turcos, Arabas, Saracenos, et multas alias gentes in ore gladii fugantes, multiſque millibus occiſis, Dei virtute plenam victoriam habuerunt.*

dus (54) dictus, vir ſanctus, et innocens ab ipſo legato educatus. Multi ſpraeterea ſacerdotes in ipſa urbe relicti ſunt, qui una cum praeſule ſacra adminiſtrarent. Captis quoque Syriae urbibus (55) dati ſunt plures epiſcopi, qui doctrina, et vitae exemplis rudes adhuc inſtruerent populos ad rectam vitam, et veram religionem. Argenteis, et aureis vaſis, rebuſque aliis ad ſacrum uſum templa omnia ſplendide, ac magnifice ſunt ornata, nec rei alterius habita eſt cura impenſior, quam ſacra inſtituendi.

Quibus perfectis, quum decreviſſent aeſtatis

(54) BERNARDUS. *Scotum* hunc faciunt Annales noſtri, ut qui SS. Malcolmo, et Margaretae Scotiae regibus ſervierit, et fama concilii Claromontani excitus, populares ſuos ad crucis vexillum commoverit, quo nomine à S. Urbano epiſcopo Podienſi commendatus, epiſcopus Artheſiae ſit renuntiatus, ac, Joanne patriarcha Graeco extincto, poſt biennium, aut Hieroſolymos commigrante, ut diſſentiunt *Tyrius*, et *Aquenſis*, primus patriarcha Latinus Antiochiae ſit electus; ſed parum Boamundo acceptus ad Edeſſanam translatus eccleſiam. *Scotii Chronicon* late Lib. IV. Cap. XII. egi ſuſius in Scriptoribus Scotis: hujus ſunt quaedam de Bello hoc Sacro, quae hic antea produxi, et alia multa in bibliotheca Pauli Petavii.

(55) CAPTIS URBIBUS.

tis reliquum, et totam hyemem ibi conſumere, Byzantio principi legatos miſerunt (56) nobilitate, ac virtute inſignes, Hugonem ſcilicet Galliae regis fratrem, et Balduinum Enalti principem, qui eidem res geſtas nuntiarent, ſimul etiam quererentur, quod, cum illi notum fuiſſet, eos a Perſis obſideri, et fame confectos in ſummo periculo verſari, nec ultra urbem tueri poſſe, tamen ferre opem neglexerit, mirumque ob hoc abfuerit, quin omnis exercitus deleretur, et in Aſia tota Chriſtianum nomen interiret; ſpectaſſe vero ad ſuam virtutem, quos in fidem ſemel acceperit, ſemper tueri pro ſuo imperio augendo pugnantes.

BUS. De cleri Antiocheni reſtauratione, et ordinatione *Tyrius* [Lib. VI.] Cap. XXIII. *Albertus* Lib. V. Cap. I. Habet autem patriarcha Antiochenus ſub ſe CLIII. epiſcopos, *Robertus* Lib. VIII. pag. 68. Illud non praetereundum, Adimarum ſedis apoſtolicae nuntium ipſis Kalendis Julii vita functum, *Raimundus de Agiles* pag. 155. *Anonymus* Geſt. Franc. Lib. IV. Cap. XXX. in ſolemnitate S. Petri ad Vincula obiiſſe vult concorditer cum *Aliis.*

(56) LEGATOS MISERUNT. Aliter longe *Guibertus Abbas* Lib. V. Cap. XXV. *Hugonem Magnum* cum *Stephano* comite aufugiſſe, et Chriſtianam militiam damnaſſe air, ſed falſo. Verius cum Noſtro *Alii*, legatum eum, capta urbe ad Alexium deſtinatum, domum Byzantio profectum, *Baldricus* Lib.

Nunc vero duces ab eo petere, ut opem illis ad ſubigendam Judaeam ferat, proelia enim, famemque, ac varios morbos valde copias minuiſſe, inſtare autem bellum grave, cum rex Aegypti (ut fama erat) magnos exercitus comparaverit, praeter eos, quos jampridem in Judaeam tranſmiſerat. Ergo adverſus potentiſſimum regem ad perdomandam bello Judaeam viris, atque armis inſtructam auxilio opus eſſe, ne magna ex parte rem confectam deſerere compellantur, cum infamia ſempiterna, et, ſi quod facturus videbatur, ſubſidium denegaret, palam ſignificarent, bello parta ſub ducum imperio ſolum fore. Eos enim a fide data liberos eſſe ab eo principe in tantis periculis deſtitutos.

Hi legati ſimul profecti cum in Ciliciam perveniſſent, alter eorum, Balduinus videlicet morbo correptus intra paucos dies interiit; alius vero iter accelerans, poſtquam Byzantium tandem venit, principem adiens, quid poſtularent noſtri, expoſuit; neganteque illo, mittere auxilia, velut maxime impedito, ut erat juſſus, mentem ducum aperuit, et ſecum reputans, quot ſubiiſſet vitae pericula, quae in-

Lib. III. pag. 122. Late Cap. III. et Omnes cum deſcribit *Tyrius* Lib. VII. *Sanuto* [Lib. III. Parte V.] Cap. I. *Albertus* Lib. V. Cap. VI.

inſuper nova proponerentur, quam gravis, quam anceps inſtaret labor ipſam Judaeam petituris, inde abiens in Galliam rediit cum labe ingenti ſui nominis: cujus factum eo fuit foedius viſum, quo ſicut genere, opibuſque praeſtabar, ſic erat decens, ut ipſe alios magnitudine animi ſuperaret.

II. Antiochiam vero paulo poſt oratorum diſceſſum vis ingens morbi (57) urere coepit, vel quia erat tempus grave, ac peſtilens annus; vel quia, bello durante, pecoribus, agreſtibuſque in urbem acceptis, ea colluvies, mixtorum omnis generis animantium odor inſolitus, fames deinde, ac multa incommoda eam peſtem induxerant, miniſteriaque invicem, et contagia ipſa vulgabant morbos, quotidieque funera multa efferebantur, nec minor ibi fiebat ſtrages, quam quanta in acie fieri ſolet. Multi ergo, ea vi morbi late vagata, cum viri, tum foeminae perierunt, nec mors cujusquam aeque luctum omnibus fecit, ac legati pontificis, viri profecto in omni virtute excellentis, cujus prudentia, religioque, nec non animi magnitudo maxime noſtris profuerat. Abibant multi Ciliciam, aut Ragem petentes,

 vel

(57) VIS MORBI. apud *Tyrium*, et *Aquen-*
Tyrius ibidem. Miſerandam *ſem* [Lib. V.] Cap. IV. *Hac*
luis iſtius calamitatem habes *clade mortifera* (et plaga
maxi-

vel finitima loca, ut peſtem invaleſcentem vitarent.

Inter haec Roboas quidam, Perſa genere, qui Mapam urbem obtinebat, oppidum quoddam obſedit, Aſartam (58) ab incolis dictum, cujus princeps illi parere priſtino more abnuerat: qui ſe cernens viribus imparem, atque undique circumſeſſum, nec aliunde ſpem ſalutis, quam a Chriſtianis ſupereſſe, praeſtare duxit, credere ſe illorum fidei, quam in arbitrio ſaevi hoſtis vitam, atque opes committere. Ita-

maximae mortalitatis) *primum venerabilis de Podio praeſul percuſſus vitam finivit Kalendis Auguſti, quem nimia lamentatione nobiles et ignobiles deflentes, in ipſa Baſilica S. Petri ſepulturae contulerunt in eodem loco, quo lancea Dominica reperta eſt.* Gravior, et amplior invaluit haec plaga ſaeviſſima, et mors undique adeo Chriſtianorum cepit exercitus, *ut per ſpatium ferme ſex menſium vix aliqua oriretur dies, quin centum, et quinquaginta, vel triginta ad minus, tam nobiles, quam ignobiles ſpiritum vitae exhalarent:* tum enumerat duces extinctos *Henricum de Aſcha, Reinardum de Hemesbarch* celebrem apud eundem Lib. IV. Cap. XLVII. XLIX. At is Tyrio Lib. VII. Cap. I. *Reinardus de Ameſbach* eſt. Tum concludit: *Praeterea multi tam equites, quam pedites, nobiles, et ignobiles, monachi, et clerici, parvi et magni, quin et ſexus foemineus ſupra centum millia ſine ferro morte vaſtati ſunt.* Alii eadem; ſed *Noſter* oratione venuſtiore, eloquentiaque priſcis conferenda.

(58) ASARTAM. Variant

taque ad Goffredum verſus, cujus in primis pollebat nomen, eum per nuntios orat ſuos, ut ſibi mature opituletur; quod ſi fecerit, memorem ſe tanti officii ei deinceps pariturum, et nunc obſidem filium (59) mittere, quo intelligat, verbis aequalem fidem eſſe. Laetus Goffredus, eam ſibi dari occaſionem, conſultis prius reliquis ducibus, ferre illi opem decrevit. Retento igitur obſide, partem exercitus parare ſe ad iter imperat. Scripſit etiam Balduino, ut ſibi mox profecturo cum ſuis copiis jungeretur, quo ſimul adverſus hoſtem contenderent; qui coacto propere milite, venienti fratri occurrit, tria millia equitum, duo peditum ſecum ducens. Hos adventare Roboas audiens, nec jam procul abeſſe, anceps animo eſſe coepit, an diſcederet, re infecta, an vero ſignis collatis dimicaret. Nam morari in iiſdem caſtris, non vallo, aut foſſa munitis,

riant in nomine. *Tyrio* [Lib. VII.] Cap. III. eſt *Haſarth.* et *Aquenſi* [Lib. V.] Cap. V. *Haſart.* qui in re cum *Noſtro* ad amuſſim, ut et omnes *Alii*, conveniunt. Hic vero *Haſartenſis* princeps epiſtolam cum legato Syro quodam homine Chriſtiano ad Godefredum deſtinavit, cujus tenor in *Aquenſe* [ibid.] Cap. VIII.

(59) FILIUM. Is eſt *Mahumet.* Aquenſis Lib. V. Cap. IX. [*Quem*] mortuum *juxta morem gentilium pretioſo oſtro involutum patri remiſit* [Goffredus]. *Idem* Cap. XXXII.

tis, nec in edito ſitis loco, pugna vero ſe abſtinere haud ſane licebat, et nunc fugam verſabat animo, ducem hoſtium, et exercitum timens vincere ſemper aſſuetos, modo fretus magnis copiis animum illi augentibus aciem meditabatur. His anxius curis, demum metu ſpem vincente, ſtatuit ſolvere obſidionem, atque Alapam cum exercitu regredi. Ergo inde abſcedens raptim agmen ſecum ducebat, ne obvium aliquo loco haberet hoſtem, invituſque manus conſerere cogeretur. Ubi ad tutum venit locum, certior factus, Chriſtianos multo tardius motos veſtigia majoris agminis ſequi, quod cum Goffredo ad oppidum iverat, et procul ab illo adhuc eſſe, ac ſine ordine militari, nihil timentes iter facere, decem millia (60) miſit militum, qui ex inſidiis eos

(60) DECEM MILLIA. Numerus rectus ex *Tyrio* [Lib. VII.] Cap. IV. Foedus hoc cum Turca commiſſum *emiſſae columbae duae* per provinciam divulgarunt, quod diſerte notatum ab Hiſtoricis. *Albertus* [Lib. V.] Cap. IX. *Laetati ſunt, et ſine mora columbas duas, aves gratas, et domitas ſecum allatas eduxerunt a ſinu ſuo, ac eharta ducis reſponſis, promiſſiſque fidelibus inſcripta caudis illarum filo innodata, e manibus ſuis has ad ferenda laeta nuncia emiſerunt.* Reddit deinde duplicem rationem, et quia *citius* illae nuntium perferunt, et quia obſeſſis undique ab armatis militum cuſtodiis itineribus, *nullum* nuntio *peri-*

eos exciperent. Hi loco idoneo conſiſtentes, noſtros venire quum vidiſſent, ſe invicem cohortati eos incautos invaſere: qui primo impetu fuſi quum in varias fugerent partes, ſparſo undique hoſtium equitatu, paucis exceptis, capti omnes, aut caeſi fuerunt. Moeſtus ea clade Goffredus ab his, qui fugerant, nuntiata, parum moratus dum Aſartae convenit principem, fidemque accipit ſemel datam, ad vindicandos ſocios pergit, habens duces itineris regionis accolas, qui ſe brevi circuitu per notos calles ducturos eum ad hoſtes promiſerant prius, quam illi ad ſuos redirent. Nec multum viae confecerat, quum Perſae apparuere magnum numerum captivorum trahentes, qui metu attoniti, quod praeter ſpem in hoſtes inciderant numero, ac virtute illis

I i prae-

riculum creari poſſit. Idem ex *Tyrio* liquet Cap. III. *Duas emiſerunt columbas, ad id muneris proſequendum inſtructas apprime, quibus literulas legationis ſuae ſeriem continentes, ad caudas religaverunt, quibus dominum ſuum ſuper omnibus his, quae obtinuerant, inſtruerent diligentius; quae ſuae libertati reſtitutae, in momento ad locum, unde eductae fuerant, redeuntes, ab eodem cuſtode pariter, et alumno captae ſunt, et diſſolutae paginulae praeſentatae ſunt Domino.* Eadem narratio apud *Arnoldum Lubecenſem* Lib. V. Cap. III. et fidem adſtruit Germanica *Schiltbergeri* Hiſtoria. Antiquius id ſane, et vigente republica Ro-

praeſtantes, praeda etiam impediti, nec ſe ad pugnam, neque ad fugam explicabant. Itaque celeriter ſuperati pene omnes oppreſſi fuerunt. Ea victoria fuit laetior ob noſtros captos, qui miſeram ſervitutem evaſerant.

His rebus geſtis, Balduinus trans Euphratem abiit, duobus oppidis fratri relictis, ut ea cum ſuis inhabitaret. Ergo is, remiſſo exercitu, quoſdam tenuit ſecum comites, in illis manſurus, quoad peſtis Antiochiae deſaeviret. Ad hunc

Romana uſurpatum. *Plinie* Lib. X. Nat. Hiſtor. Cap. XXXVII. *Quin, et internuntiae in rebus magnis columbae fuere, epiſtolas annexas earum pedibus obſidione Mutinenſi in caſtra conſulum D. Bruto mittente: quid vallum, et vigil obſidio, atque etiam retia amne praetenta profuere Antonio per coelum eunte nuntio?* Quin etiam, et hodie in oriente durant pernicis alitis commercia, nec temere in rebus gravibus, aliis utuntur veredariis, praeſertim a ſinu Perſico per Arabiae ſolitudines proficiſcentes inter Elerſiam et Bagdadam, Ormuzam et Balſaram; ut *Monfartus*, et *Newburius* apud *Samuelem Purchaſium* Lib. V. Peregrinationis Aſiaticae Cap. XIV. Conveniunt recentiora Itineraria Hieroſolymitana *Rudolphi Sucehenſis*, *Bernardi a Britenbach*, *Felicis Fabri*, et *Joannis Turcheti*, cumque in uſum Damiatae publico ſumptu aluntur, ut in Itinerario habetur Comitis *Alberti Leonſteinii* *Paulo Amilio* in Carolo Craſſo Tyrum obſidente: dubium, cui columbarum parti

hunc plurimi cum veniſſent, viſendi, et ſalutandi eum cauſa, partim Armeni, partim Syri, qui vicina colebant loca, nuntiant demum, duos eſſe Pancratium, et Conacilium (61) fratres, qui eam regionem perturbent, hos tenere quaedam caſtella ſitu, opereque munita, latrones, ſicarios circum ſe habere, agros finitimos populari, caedes, atque incendia facere, fana, domos compilare, omnibus minitari, cunctos prae metu illis obſequi, eorum a-

 men-

parti literae annecterentur? Plinius diſerte dixit, *pedibus*; Tyrius, Albertus, et Lubecenſis *caudae*, Torquatus Taſſus *alis* ſupponi ſolere, filo collis indito Lib. XVIII. num. 52.

Che dal collo da filo avvinta pende
Rinchiuſa carta, e ſotto un' ala aſcoſa.

Elegans hoc, et vere Italici genii inventum habere *Torquatum Taſſum*, exiſtimo ab hiſtorica veritate: ſic enim *Martinus Polonus* diſertus, et bonus ſcriptor narrat pag. 362. cum in terminis Caeſareae eſſent, columbam deſuper volantem accipiter unus graviter vulneratam dejecit, circa quam reperta fuerunt literae, quas deferebat, talem habentes ſententiam:

Rex Achon duci Caeſareae. S.

Generatio canina venit, gens contentioſa, contra quos per te, et per alios, legem tuam defendas, idem annuntia aliis civitatibus.

(61) PANCRATIUM, ET

mentiam, libidinem, audaciam ultro ferri non poſſe. Proinde orant, ut fratris imperium, tot Chriſtianos ab his injuriis vindicet, neque hanc labem, et ignominiam ultra creſcere patiatur. Eſſe autem facile duos latrones inviſos cunctis, parva manu armatorum ſuffultos delere, praeſertim illi, qui omnes gloriae rebus geſtis, fortitudine ſuperaret. His motus Goffredus, quam dedecori fratri erant, poſtquam comperit, famae res haud diſpares eſſe, miſit aliquos, qui a fratribus peterent, ne ire ad eum gravarentur, quos, ut accepit, colloquium abnuere, cum ſuis equitibus, atque indigenis regionis multis adverſus eos eſt profectus, qui caſtellis incluſi acriter ab initio reſiſtebant. Nec erat facile illa capere, locis editis, ac praeruptis ſita, quae multi armati defendebant, eo quidem ardentius, quo magis hoſtium iram ob ſua flagitia formidabant. Sed, cum quotidie creſceret oppugnatio, et multi caderent, vel acciperent vulnera, fracta eorum ferocia eſt. Ideo, tribus expugnatis caſtellis, reliqua metu in deditionem venerunt, omniaque ad ſolum uſque diruta ſunt, ne deinceps per ea quies, et otium turbarentur.

Dum

ET CONACILIUM. Late *Tyrius* [Lib. VII.] Cap. V. niſi

Dum haec a Goffredo geruntur, parum abfuit, quin ejus frater vitam, imperiumque amitteret. Nam, cum ad Ragem Galli confluerent, peſtem vitantes, comiterque excepti oneri magno eſſent civibus, et ſoli cum Balduino res graves tranſigerent, nec oppidani ad conſilium vocarentur, movit ira, et indignatio barbaros, qui deſpici ſe, ac dari in praedam arbitrabantur. Ergo arcane congregati, qui praecipui erant cives, occidere ſtatuunt Balduinum, atque hoſtibus urbem prodere, qui non procul ab Rage dominabantur. Delecta erat facinori dies, et conjurati ex locis finitimis multos acciverant, hoſtes etiam rei conſcii magnum coëgerant equitum numerum, ut, Balduino perempto, Ragem repente occuparent, et ſucceſſiſſet ea fraus, ni unus e plebe, cui quidam ex conjuratis id conſilium patefecerat, rem ad principem detuliſſet. Is turbatus eo periculo principes conjurationis per conſilii ſpeciem acciri jubet, Gallos omnes arma capere, portaſque urbis obſervari, ne qui foras egrederentur, et, cum vocati mox veniſſent, admotis tormentis, fateri vera metu coacti, et ſceleris conſcios nominare ſummo ſupplicio ſunt affecti, atque armati per

ſi quod vocat *Conaſilium.* Albertus [Lib. V.] Cap. XIV.

urbem euntes quoſdam tumultus compreſſere. Multi praeterea poſt paucos dies in exilium acti ſunt, et bona eorum publicata.

Ab hoc periculo Balduinum ſervatum aliud pene majus excepit, quod effugit numinis ope, ipſi fato imminenti ereptus. Perſa is, qui urbem Sarmem Balduino tradiderat, caſtellum tenebat Ragi propinquum, in quo arx muniriſſima erat, qui venire ſaepe ad urbem, frequens eſſe in aula principis conſueverat, cui ſe ita inſinuavit, ut omnes fere penes eum gratia ſuperaret. Hic ad extremum ſecum reputans, quam inviſus eſſet ſuis, qua infamia premeretur, quod Chriſtianis familiaris factus regem ſuum, religionem, patrios mores eſſet oblitus, et pro ignotis, atque hoſtibus niteretur, quodque multi ſibi id ipſum exprobraſſent, conſuetudinem ejus vitantes, velut perfidi, ac polluti, ſtatuit facinore aliquo ſuis gratificari, quo illorum gratiam iniret. Itaque, principem adiens, ait, Perſas omnes eum odiſſe, quod, ipſis neglectis, religione poſthabita, Chriſtianis adhaeſerit; ideoque ſibi vicinos inſidiari, cauſas belli, et controverſiae quaerere, non die, non nocte ipſum quieſcere tot periculis circumſeſſum. Atque ideo cogitanti ſibi, quonam modo res familiares, vitamque poſſet tueri, nil ſecurius viſum ſibi eſſe, quam domeſticos lares deſerere, atque ibi una cum ali-

aliis vitam agere. Proinde Balduinum orare, ut, miſertus ejus fortunae, amicitiae memor, ejus caſtellum tuendum ſuſcipiat, ibi arma, ibi milites collocet ſuos, ſe vero aetatis reliquum in ſua urbe agere ſinat, amicitia ejus, clementia, opibus fruiturum, cum praeter ea nil reliquum ſibi fortuna fecerit. Illius vero intereſſe, ne oppidum permunitum ei propinquum hoſtes occupent, quove intelligat, ſe facturum operae pretium, ſi occupandi caſtelli hoſti praeripiat facultatem, hortari eum, ut ad illud viſendum proficiſcatur. Vera hunc dicere princeps putans, ſui meriti, quam naturae alterius magis memor, cum equitibus centum ad videndum locum perrexit, barbaroque illum hortante, ut caſtellum ingrederetur, in quo armatos multos condiderat, ut eum, ac ſuos comites caperet, paratum ipſi morem gerere comites renuerunt, ne ſe crederet hominis fidei magnopere ſuadentes. Dux igitur extra oppidum manens, equites duodecim intus miſit, qui arcem, atque alia loca inſpicerent. Hi vix arcem ingreſſi capti ab armatis fuerunt, atque in vincula conjecti. Balduino miranti, redire ad eum ex his neminem, horae ſpatio jam tranſacto, nec mediocriter ſuſpicanti, praefatus Perſa ex muris apparuit, qui rogatus exprimere, cur tamdiu eſſet moratus,

vel

vel equites retineret, reſpondit, ejus milites vinctos eſſe, nec ſe illos dimiſſurum, ni Balduinus urbem Sarmem reſtitueret, nec aliud ſibi eſſe moleſtius, quam quod ipſe ſuas manus evaſerit, cujus caede priſtinum ſcelus, quo Deum, ac patriam laeſerat, expiaſſet. Id audiens Balduinus, cernenſque, ſibi vires ad oppidum expugnandum deeſſe, moeſtus inde ob ſocios amiſſos diſceſſit. Sed, qui pro eo Serorgem tenebat, Robertus nomine, vir praeſtans bellicis artibus, poſtquam accepit barbari fraudem, ſecum tacitus volvit animo, quanam via detrimentum acceptum ſarciret; demum nocte urbe exiens, prope id caſtellum proceſſit, ducentos ſecum habens equites, pauciſque ex his praemiſſis, qui circum moenia vagarentur, et pecora, ſeu homines caperent, ipſe in ſilva occultus conſtitit. Qui ergo proceſſerant, ſub oculis hominum praedas agentes, eos ad pugnam cum exciſſent, de induſtria metum fingere, ac cedere ſenſim coeperunt, quos incauti barbari perſequentes venere ad locum inſidiarum, ibique ab equitibus fuſi, dum in varias fugiunt partes, quidam ex eis interfecti ſunt, ſex etiam vivi capti, pro quibus redditis totidem Chriſtiani remiſſi ſunt. Ex his vero, qui vincti remanſerant, cum quatuor effugiſſent, ira concitus, qui caſtello dominabatur, ſecuri alios percuti juſ-

juſſit, cujus perfidia fuit cauſa, ut poſtea Balduinus conſuetudinem barbarorum vitaret, fidem eorum ſuſpectam habens, et ab unius crimine diſcens omnes.

Raimundus autem Toloſae princeps, ne per otium tereret tempus, multos equites, atque pedites ducens, ad urbem Albarem (62) eſt profectus, ab Antiochia paſſuum millibus triginta diſtantem, quae ab hoſtibus tenebatur. Et eam expugnare adortus, cum oppidanos biduo fatigaſſet, nullo quietis dato ſpatio, illi trepidi, et conſilii inopes tandem portas aperuerunt. Ea urbe dux potitus, ac finitimis regionibus, ibi praeſulem ſtatui fecit, virum doctrina, moribuſque praeſtantem, qui Petrus dicebatur, ex Narbona Galliae urbe natus.

Dum haec ab iſtis geruntur, ingens manus equitum Germanorum vecta mari, cum Antiochiam conceſſiſſet, peſte adhuc eam vaſtante, vis ingens morbi valitudine omnes tentavit, et multi ex illis periere. Poſtquam aeſtas

Kk praec

(62) ALBAREM. Aliis *Albaria* eſt. *Anonymus* in Geſtis Peregrinorum Lib. IV. Cap. XXXIII. *Robertus Monachus* Lib. VII. pag. 68. *Alberius* [Lib. V.] Cap. XXVI. *divitiis opulentiſſimam* vocat. *Albaram* parvo diſcrimine Tyrius [Lib. VII.] Cap. VIII. *urbem munitiſſimam in Apamienſi provincia, ab Antiochia quaſi duorum dierum itinere diſtantem.* Concors ei Bal-

praeteriit, et autumnus gravis (63), extincta jam protinus peſte, reverſi ſunt Antiochiam duces, ut ſimul, quid eſſet agendum, conſultarent. Ibi audientes, urbem eſſe, Maram (64) dictam, octo millibus paſſuum ab ea diſtantem, quam princeps Toloſae occupaverat, viris, armis, atque opibus claram, ejuſque accolas eſſe hoſtes, nec ullam pacis mentionem feciſſe, ſuis armis, et urbi confiſos, ſitu, et opere permunitae, hanc oppugnare ſtatuerunt. Ergo, ducentes magnas copias, poſt paucos di-

Baldricus Lib. III. pag. 123. niſi quod eam *in terra Saracenorum* locat. Sed facilis conciliatio: *Apamia* enim Seleuci regis opus *Saracenis* adſignatur, ad Orontem IV tantum milliaria Antiochia diſtans, *Notitia Epiſcopatuum.* Epiſcopum *Albarienſem* memorat *Raimundus de Agiles* pag. 162.

(63) AUTUMNUS GRAVIS. *Horatianum* eſt. Lib. II. Sat. VI. [vs. 19.]

Autumnuſque gravis, Libitinae quaeſtus acerbae.

Papin. Stat. Lib. II. Silv. I. [vs. 217.]

- - - *Imbrifero pallens autumnus hiatu.*

D. Jun. Juvenalis Satyr. IV. [vs. 56.]

- - - *Jam laethifero cedente pruinis Autumno.*

(64) MARAM. *Municipium*, clade ſua, et Chriſtianorum malo haudquaquam ignobile: quatridui itinere diſtat Antiochia, *Anonymus* Geſtis Pe-re-

dies venere ad urbem, qua omni ex parte armatis cincta corona illam aggrediuntur. Sed oppidani, acriter propugnantes, convicia multa in eos dicebant, quove majorem adderent contumeliam, ſublatas in ipſis moenibus cruces, in fruſta ſcindebant, vel ſtercore, aut luto polluebant, quo intelligerent noſtri, ſe contemni, et deſpici, atque illos conſtanter obſidionem laturos. Ea re irritati duces, ubi viderunt, ſine machinis parum proficere, augerique hoſtium animos, qui dies complures fortiter ſe defenderant, conſtrui machinas (65) va-

regrinorum Lib. IV. Cap. XXXIII. Erant vero ſub uno comite *Marra*, et *Capharda*, Idem Cap. XXXIV. Admota moenibus arma, exeunte Novembri, ait *Robertus* Lib. VII. pag. 68. hoc eſt XXVII. Novembris die, *Baldricus* Lib. III. pag. 124. ubi vocat civitatem munitam, et optimam multis Agarenorum millibus plenam. *Raimundus de Agiles* pag. 161. concors Aliis; niſi quod *Capharcam* vocat, Marrae quatuor leugarum intervallo vicinam. *Alberto* eſt *Turcorum armis, et robore foeta* [Lib. V.] Cap. XXVI. *Guibertus Abbas* [Lib. VI.] Cap. XII. et expreſſius Cap. XVIII. *Rugia...., et Albara transmiſſis... Marram pervenit ad urbem.* Diſcors nonnihil ab iis Tyrius [Lib. VII. Cap. IX. *Kalendis autem Novembribus..., capta... Albarienſi urbe... Marram urbem munitiſſimam, ab Albara octo diſtantem milliaribus, ne nil interim ageretur, expugnare proponunt.*

(65) CONSTRUI MA-

varii generis, curarunt. Ex quibus ingens vis lapidum in muros, vel urbem emittebatur; multi etiam, teſtudinibus tecti, ferro moenia perforabant, multi quoque, ſcalis admotis, ea ſcandere nitebantur. Barbari autem tot anguſtiis circumventi minime remittebant certamen, ſed tela, ignem, vel ſaxa conjiciebant, ſcalaſque aſcendentes, ferventi oleo, atque aqua obruebant, quibus oppreſſi milites, multi ſemianimes ruere cernebantur. Sed omnia vicit pertinax virtus. Noſtri enim ira calentes, quod eis

MACHINAS. *Tyrius* ibidem. *Crates contexunt, et turres erigunt ligneas, machinaſque componunt jaculatorias.* Simplicius *Aquenſis* [Lib. V.] Cap. XXX. *facta... eſt machina.* Guibertus [Lib. VI.] Cap. XVIII. *caſtrum ligneum* vocat *quatuor rotis* ducendum. Henricus Huntindon. Lib. VII. pag. 216. Hiſt. Anglic. *Quarto vero die ante Octobrem venerunt ad Marram, et aſſiliverunt eam, et turre lignea ſuper quatuor rotas ducta, et aliis ingeniis debellaverunt eam* XI. *die Decembris:* In die expugnationis convenit *Baldricus* loco laudato [Lib. III. pag. 124.] et machinam deſcribit tantae proceritatis, *ut moeniorum* (corrige, et lege *moenium*) *culmen deſpiceret, turrium quoque porrecturam adaequaret.* Ut urbem in ea machina conſiſtentes adorirentur, *Raimundus Piletus, Gulielmus de Monte Piſlerio,* ſeu *Monte Peſſulano,* et *Gulferius de la Turre* Lemovicenſis, iiſdem aliis ſubvenientibus, utque ſe pagani animoſe defenderint

cis tantum barbari reſtitiſſent, qui ſaepe magnas fuderant copias, tot praeclaras ceperant urbes, ſumma vi tandem annixi, dejectis hoſtibus, moenia occuparunt, et, niſi nox ſuperveniſſet, eodem impetu civitatem cepiſſent, ſed tenebris impediti conſtitere in muris, et, ne qui urbem egredi poſſent, multi undique obſervabant. Poſtquam illuxit, quum ſolitudo in urbe (66) prope moenia cerneretur, plurimi deſcendentes portas fregerunt, per eaſque irrupit exercitus, qui, per urbem diſcurrens,

rint, deſcribunt iiſdem pene verbis *Anonymus* Geſtis Peregrinorum pag. 23. et *Robertus Monachus* Lib. VIII. quos adi. Hic etiam pag. 69. eleganter: *Praecipiuntur fieri arietes, ferratae ſcilicet trabes, quae manibus militum funibus appenſae, et tractae in murum impellerentur.* Bernardus Scotus etiam *ignem Graecum* addit:

Tela, ſudes, lapideſque volant, igneſque, faceſque,
Et quibus arderent in-trorſum tecta domorum.

Ligneis turribus inuſta adhaerere ſolebat *ſambuca*, ut eleganter oſtendit, et deſcribit *Fl. Vegetius* Lib. IV. Cap. XXI. Adi ad *Ammianum Marcellinum* Lib. XXIII. Cap. IV. et *Vitruvium* Architect. [Lib. X.] Cap. XIX.

(66) SOLITUDO IN URBE. Diſſentiunt Omnes a *Noſtro*, qui locis citatis conſtantia incredibili barbaros obſidionis anguſtias toleraſſe produnt, nec unquam

rens, vacuas vias cum reperiſſet, inſidias veritus, domos ingredi non audebat. Poſtquam vero miſſi ad explorandum, quas domos intraverant, eſſe vacuas, hoſtes abeſſe, nuntiarunt, verſi omnes ad praedam totam urbem diripuerunt, et ingens praeda omnis generis parta eſt. Erant in urbe ſpecus multi, per quos cives omnes cum liberis, conjugibuſque ſe occultaverant. Ad ea loca duces profecti, in ore ſpecuum ignes accendi maximos, jubent, ex quibus ingens vis fumi cum exiiſſet, in hoſtium ora ferebatur, qui, ultra durare non valentes ſpiritus, interclufis, obcaecatiſque oculis, tandem e latebris emerſerunt.

Tum

quam urbe, ut hic ſcribit *Noſter*, exceſſiſſe: imo, eum per quinque hebdomadas urbs obſeſſa fuiſſet, plus damni accepere Chriſtiani, quam hoſtes, et diriſſima ſames noſtros crudelem in modum torſit, *ut non ſolum Turcos vel Saracenos occiſos, verum etiam canes arreptos, et igni coctos comedere non abhorruerint prae inopia*, ait *Albertus* [Lib. V.] Cap. XXIX. Simile famis exemplum in obſidione Byzantii per Saracenos apud *Zonaram Drungarium* in Leone Iſauro. Hoc de quo loquimur expreſſit *Sigebertus* Anno MXCVIII. *Marra et Barra expugnatis, tanta ibi rurſum fame afflicti ſunt, ut corpora Saracenorum jam foetentia comedere compulſi ſint.* Pro *Noſtro* tamen eſt *Tyrius* Cap. XIX. Unde *Noſtrum* hauſiſſe reor, quod de fuga civium, urbe derelicta, ſpeluncis igne

ad-

Tum vero apparuit, ab ira, et odio expugnatam civitatem. Nam multi ex oppidanis, licet armis abjectis, ſupplices tenderent noſtris manus, foede interfecti fuerunt, reliqui velut ſervi habiti ſunt, urbs vero diruta, et incenſa eſt. Atque ob hoc quaedam vicinae urbes metu in poteſtatem victorum venerunt.

His perfectis, cum Antiochiam omnes rediſſent, coeperunt milites palam fremere (67), non ultro eos moram facturos, quin Hieroſolymam urbem petant. Duces enim bella ex bellis ſerere, oblitoſque, cur ab initio arma ſumpſerint, quam fidem exercitui dederint, vagari per Syriam, ibi opes, atque imperium quaerere, abuti ſanguine, ac viribus militum, qui

admoto, ludibrio S. crucis in moenibus ſcribit: nam apud alios ſilentium eſt, et in palatium illos confugiſſe, quod ſupra portam erat, ait *Baldricus* Lib. III. pagina 125. Idem prodit *Anonymus* Geſtis Peregrinorum pag. 24. Miſerabilem captae urbis ſtatum depingit Bernardus Scotus:

Concita vitalis calor oſſa
reliquit eorum,
Frigidus atque pavor
poſſedit corda reorum:
Dilaniant, traduntque
neci pueros, juveneſque,
Quoſque gravat longaeva dies, curvatque ſenectus.
Nulli parcebant, ſed
cunctos enſe necabant.

(67) PALAM FREMERE. Deſcribit Albertus

qui pro Judaea recuperanda iter tam longum confeciſſent; excidiſſe animis Chriſti religionem, ſepulchri memoriam, ſordes eorum, et aerumnas, qui per Judaeam Chriſtiani eſſent. Ferendos ergo eos non eſſe, qui, poſt res egregie geſtas, fidei ſocialis obliti eſſent, et, rem differendo, cauſa fuerint, ut magnam partem copiarum peſtis, vel ferrum abſumpſerit; ſed eos orandos, ut Hieroſolymam ire pergant, quod ſi negaverint, eligi oportere itineris duces, cum quibus omnino, relictis illis, mature proficiſcantur. Demumque invicem exhortantes ipſos duces circumſiſtunt, orant, ut, cunctis poſthabitis, eos ad votum explendum ducant, ne maculent fidem ſemel datam, et rebus geſtis labem adjiciant ſempiternam, quaſi metu, aut ignavia claram expeditionem reliquerint, ſe vero celerem perfectionem quaerere, ut mature, bello perfecto, ad patriam revertantur, ne diutius, quam par eſt, a ſuis liberis, et conjugibus abſint. Quod, ſi progredi recuſaverint, omnem exercitum, ipſis relictis, profecturum, cui adverſum ſi quid acciderit, penes eoſdem culpam fore, qui eum deſeruerint, et eam infamiam apud Chriſtianos partas laudes deleturam. Quibus moti vocibus duces

(ve-

tus [Lib. V.] Cap. XXVIII. *Murmuraverunt unanimi- ter Chriſtianorum populi, quomodo in hac urbe Anti-*

(vera enim dicebantur), conſilio habito, tandem ſtatuunt, poſt hyemem exactam Judaeam petere, ut, eadem victa, laboribus, ac periculis clarum finem imponant. Sed, ne, dum in alias migrant oras, nuda praeſidio Syria remaneret, eamque iterum caperent hoſtes, placuit cunctis Boamundum relinquere cum manu valida peditum, atque equitum, qui eam provinciam tueretur. Tancredum vero cum aliis proficiſci, in quo aeque, ac in Boamundo ſpem habebant, ob ejus animi, & corporis dotes, quae in eo ſupra modum eluxerant, & erat incertum, an melior dux; vel miles eſſet. Nam in ducendo exercitu, ſive in proelio conferendo cautus erat ſimul, & audax, manu fortiſſimus, multis inſignibus clarus pugnis, nec animus vinci, nec corpus labore, vel incommodis poterat, lingua etiam, ut expers doctrinae, non infacundus habebatur. Religione, integritate, modeſtia, magnitudine animi maxime ſemper fuit praeditus, nec opibus creſcere, ſed gloria nitebatur, quam immortalem multis, ac magnis rebus geſtis eſt adeptus. Interea Boamundus certior factus, quaſdam urbes in Cilicia rebellaſſe, majoremque motum exſpctari, et ea ſpe Cili-

L l ces

tiochia ſola mora eorum modo Jeruſalem viam inhaberetur, et quod nullo ſiſterent. Colloquium deinde

ces excitatos, quod fama eſſet, magnam partem Chriſtiani exercitus eſſe deletam, reliquos Hieroſolymam profecturos; ideoque credere, illorum fore neminem, qui eam provinciam armis repetat, eo celeriter duxit copias, ut imparatos, atque inopinantes opprimeret, et multis eriperetur facultas res novandi. Nec eum fefellit opinio: nam, qui ſtudebant rebus novis, nondum aperte hoſtes facti, ob ejus adventum prius conſilium abjecerunt, receptoque in urbes exercitu, coacti ſunt obſides tradere, ne deinceps pacem turbarent; deinde ad eos Boamundus profectus, qui deſtituerant, celeriter omnes vi, aut metu in poteſtatem redegit. Sic demum, pacata provincia, relicto ibi praeſidio valido, ne motus novi excitarentur, ſecum ducens plurimos obſides Antiochiam rediit.

de ducum die quarta Non. Februarii indictum: dein. de de petenda Jeruſalem ab univerſis decretum factum eſt, ibidem. *Baldricus* Lib. IV. in limine.

BE-

BENEDICTI ACCOLTI

DE

BELLO

A

CHRISTIANIS

CONTRA BARBAROS GESTO

Pro Chriſti Sepulchro, et Judaea recuperandis.

LIBER QUARTUS.

Digitized by Google

LIBRI QUARTI
ARGUMENTUM
GEORGII CONAEI SCOTI.

Signa movent, Solymoſque petunt; nec barbarus ulla
Obvius arma parat; pacem tum munere poſcit
Oblato. Anguſti calles ſuperantur, et Archis
Moenia, et Ortoſiae ventum, Gibelique corona
Inditur. Accelerans, proceres, orator Alexi
Increpat, et Biblus capitur. Ptolemaida nulla
Defendunt turres, Judaeaque vincitur omnis.
Rama cadit, Solymi arma parant, et bella, minaces
Undique vallantur; ſitis orta, Liguſtica Joppen
Adpellit pubes; Ernoldus fortia ſuadet.
Machinae adaptantur; pugnatur robore toto;
Saga perit: vindex fulgens coeleſtibus armis
Alite vectus equo, Gothefredum in moenia ducit:
Hic primus ſcandit muros, tum caetera pubes
Succedit, gladioque furit; fortiſſimus erat.
Raimundus. Rex fit Gothefredus. Claſdala magno
Deſcendit terrore, trahens tot millia vano
Eventu, victuſque acie calcatur inermis.
Rex obit, et frater Balduinus inungitur. Alter
Balduinus ſequitur, qui captus ab hoſte, generque
Folcus habet ſceptrum. Succedit Amaurius. Illo
Balduinus genitus regni ornamenta recepit:
Tum majeſtatem violat Guido, ultimus haeres
Chriſtiadum, amittit regnum, vitamque, decuſque,
Et Saladinus habet dira impietate ſepulchrum.

BE-

BENEDICTI
ACCOLTI
DE BELLO SACRO
LIBER QUARTUS.

JAm praecipitaverat hyems, Martiuſque advenerat menſis, quum princeps Toloſae, Tancredo comite, quidamque alii ſecum duces Judaeam verſus iter ceperunt et euntes prope Caeſaream, deinde Aman, Calamelamque (1) urbes, quae ab hoſtibus te-

(1) CALAMELAM. *Sanutus Torſellius* Lib. III. Secret. Fidel. Crucis Part. V. Cap. VII. *Victualia multa reperiebant in via; tranſierunt enim per Caeſaream, Haman, et Calamelam.* Vulgo *Camela* apud geographos audit, et hujus belli ſcriptores. Baldricus Archiepiſcopus Lib. IV. pag. 127. *Venerunt ibi ad comites nuntii regis de Camela civitate.* Raimundus de Agiles Hiſtor. Hieroſolymit. Lib. IV. pag. 162. *Caeſaream, et Camelam adibant.* Et pagina ſequenti: *Erant autem nobiscum legati ab Ammirato Camelae, rege Babylonis, et a rege Tripolis.* Guibertus Abbas Lib. VI. Cap. XX. *Illic etiam Camelae civitatis regis legatos exceperunt.* An recte *Tyrius* Lib.

tenebantur, habebant copiam rerum omnium, Perſis timentibus, ne, ſi forſan commeatum negaſſent, noſtri agros popularentur, vel ea oppida oppugnarent. Non ſolum ergo cibaria vendita, ſed

Lib. VII. Cap. XII. examinandum foret; *Tranſeuntes enim per Caeſaream, Haman, et Emiſſam, quae vulgari appellatione Camela dicitur, a principibus earum, et ducatum merebantur habere, et rerum venalium forum optimis conditionibus.* Sigebert. Chron. Anno MXCIX. *Cives, et caſtellani illius regionis legatos cum donariis multis praemittebant.* Malmeſb. Lib. IV. pag. 79. *Grataunter excepti ſunt* Henric. Huntindon. Lib. VII. pag. 216. *Rex Camelae pacem fecit.* Albertus variat, qui Lib. V. Cap. XXXI. haec habet: *In vallem, quae dicitur camelorum, iter ſuum continuantes applicuerunt, ubi praedam, et eſcas plurimas contrahentes* etc. Ille non *urbem*, ſed *vallem* facit, male ſane, et contra Omnes. Addendi laudatis Robertus Monachus Lib. VII. pag. 71. *Rex de Camela civitate miſit comitibus nuntios ſuos, dum ibi erant, rogans ea, quae pacis ſunt, praemittens dona concupiſcibilia, et equos, et aurum, miſit arcum aureum, veſtes pretioſas, et micantia tela*, Bernardus Scotus:

Rex de Camela mittit
ſplendentia tela.

Errare Tyrium, *aliamque* urbem eſſe, et a *Camela* diverſam *Emiſſam*, ſupra videre poteris. Id tamen tradidit Jacobus Cardinalis a Vitriaco Cap. XCII. *Emiſſena civitas, quam vulgariter Chamela appellant.* Lapſum etiam Al-

ſed miſſa illis munera ſunt, quo pacatum facerent iter, et a tanta hominum turba citius agri liberarentur. Igitur Galli propere tranſeuntes ingreſſi ſunt Phoeniciam regionem (2), fle-

Albertum; et *civitatem*, nec *vallem* eſſe in Hiſtoria Animalium Biſulcorum, quam ad Ulyſſis Aldrovandi Opera continuanda, rogante Senatu Bononienſi edidi, planum eſt pag. 890. Certe Camela, aut etiam Καμιλος, Camylus, et Camelus urbs Gaulanitidis, *formam Cameli quod praeferat* Egeſippus Lib. IV. Belli Hieroſolymitani Cap. I. Sita autem eſt ad lacum Semichonitidem contra Taricheas, eodem autore, corrupta voce, et in barbarum ſonum deflexa *Gamelam*, aut *Gamalam* interdum appellant, ut in Obſervationibus Suetonianis auctor eſt *Philippus Beroaldus* [Col. 891. edit. Pariſinae]. Meminit *Fl. Joſephus* Lib. III. Belli Sacri Cap. XIII. qui in ejus ſitu longe diſſidet a *C. Plinio* Lib. V. Cap. XIII. niſi forte *duae* ſunt eadem appellatione urbes, quod ut facilius credam, inducor rationibus haudquaquam contemnendis: nam *unam* hoc nomine civitatem clade memorabili afflixit Titus, ut nullus excidio, praeter duas mulieres, ſuperfuerit, *Egeſippus*, et *Joſephus* locis indicatis. *C. Suetonius* in Tito Cap. IV. *alteram* terrae motu abſorptam ſcimus ex *Plinio* Lib. II. Cap. XCI. Memorat eam, ut validam urbem, et ſua aetate praepollentem *Stephanus Byzantinus* περι πολεων. Vide Hiſtoria illa mea Naturali praeterea pag. 925.

(2) PHOENICIAM REGIONEM. Veteribus eſt Φοινικη *Phoenice* Plinio, Me-

flectenteſque ad maritimam oram, ut, ſi a terra deficeret commeatus, mari ad caſtra deferretur, nullum habebant obvium hoſtem, qui eis tranſitum impediret. Quidam latrones in ſilvis abditi, tum demum ſe oſtendebant, quum praegreſſos viderant noſtros, et poſtremi agminis quoſdam tardius procedentes capiebant, et, ſi converti viderant aciem, ſumma celeritate latebras repetebant, ut uno tempore in via eſſe, atque in ſilvis viderentur; hoc modo variis locis, prout iis dabatur occaſio, iter infeſtum faciebant, modo a latere, modo a tergo in-

Melae, Straboni. Olim Ῥαββώθιν *Rabbothin*, et Κολπίτης *Colpites*: ſed et Χνᾶ *Chna* dicebatur, ut eſt autor in urbibus *Stephanus Byzantinus* [pag. 742 et 758 edit. Berkelii] Vulgata Bibliorum editio Geneſis Cap. XIV. nec minus *Phoeniciam* extulere probi authores, *Evagrius Scholaſticus*, *Concil. Chalcedon. Tyrius* Lib. IX. Cap. XV. Magna ſane hujus populi autoritas, reverentia, antiquitas: prima enim *navigationis artem* formavit, *Albius Tibullus* [Lib. I. Eleg. VIII. vs. 20.] primas *literas invenit*, et docuit, *Lucanus* [Lib. III. vs. 217.] et ante eum *Q. Curtius Rufus* [Lib. IV. Cap. IV. §. 19.] vir doctus Animadverſionibus in Euſebium pag. 103. et 113. [pag. 109. et ſeq. edit. alt.] Antiquiſſimo authore *Otho Heurnius* in Chaldaico [ſive Lib. I. Antiquitat. Philoſophiae Barbaricae pag. 31.] verſus hos citat:

Moyſes primus Hebraicas exaravit literas;
Mente Phoenices ſagaces

incurſantes. Aegre id ferens Toloſae princeps, juſſis aliis, iter proſequi, a via digreſſus loco idoneo ſe occultat, ducentos equites, centum pedites ſecum habens, nonnulloſque ultimi agminis velut feſſos, in via conſtiſtere imperaverat, quos latrones cum invaſiſſent, captosque ducere niterentur, impetum Toloſitae in eos fecerunt, qui, re nova perterriti, cum ſe non ad pugnam, nec ſatis ad fugam explicarent, vel caeſi, vel capti ſceleris ſui dederunt poenas. Quorum exitus docuit reliquos, ne quid ulterius molirentur. Dierum aliquot via

Mm con-

ces condiderunt Atticas,
Quas Latine ſcriptitamus, edidit Nicoſtrata,
Abraham Syras, et idem repperit Chaldaicas,
His arte non minore protulit Aegyptias.
Gulfila prompſit Getarum, quas videmus ultimas.

Porro *Guelfila* hic fuit primus Gothorum epiſcopus a Damaſo papa conſecratus tempore Valentiniani Imp. *Petrus Eguilinenſis* Lib. XI. Catal. Cap. LXXXV.

Sub hunc in Phoenicem ingreſſum orta magna in caſtris diſſenſio, et *de lancea ingens quaeſtio, utrum ea fuerit, qua latus Domini apertum eſt, an non?* verba ſunt Alberti [Lib. V.] Cap. XXXII. *nam plures dubitabant, et ſciſma erat in iis.* Auctor hujus controverſiae *Arnulphus* fuit quidam, domo Anglus, Normaniae ducis *Capellanus*, vir literatus, ſed improbus, *Raimundus de Agiles* pag. 166. *Tyrius* [Lib. VII.]

confecta, demum venere ad ea loca, quae peranguſte tranſitum dabant, et incolae oppidi prope ſiti, quo tranſitum prohiberent, ea inſederant. Commiſſo igitur cum iis proelio, tandem barbari fuſi magna cum caede repelluntur, aditu libero noſtris relicto; qui, anguſtiis ſuperatis, proelio, ac labore itineris feſſi, patenti in agro caſtra locant, ad quae in-

VII.] Cap. XVIII. Exitum tantae diſceptationis, et modum repete ex Sanuto Torſellio [Lib. III.] Part. V. Cap. VII. *Tunc murmur inter peregrinos oritur, quod lancea Antiochiae inventa, non eſſet lancea Chriſti, ſed pro quadam baractaria, et lucri gratia id actum eſt: venit ſimplex ſacerdos, cui revelatio facta fuit, et petiit, ignem maximum praeparari, et in ipſo cum lancea intrare, ut vel ſic crederent, ſi illaeſus exiret. Sexta igitur feria, qua die Chriſtus lancea eſt transfoſſus, ignis accenditur, et, ſacerdos praemiſſa oratione, illaeſus ignem intravit, et exiit.* Vox autem *baractaria* barbara eſt, et vulgari Italorum idiomate dicunt *barattare* pro *mutare*, aut *ſupponere*, ut illud obiter dicam. Rem hanc ſic geſtam fuiſſe, declarant verba *Alberti* loco laudato: *Auctor, et proditor ejuſdem inventionis, per ignem tranſiens, ut ajunt, illaeſus abivit.* Diſcrepat nonnihil *Tyrius* ibidem loci: *In conſpectu circumpoſitarum legionum, aſſumpta ſecum praedicta lancea per ignem tranſivit, quantum populo videbatur, illaeſus*, ſed *infra paucos dies vita deceſſit.* Exactiſſima eſt *Guiberti Abbatis* deſcriptio, et plana omnino narratio, et ab aliis nonnihil diſſentiens Lib. VI.

indigere commeatum ferentes, duces orabant, ut comprimerent ab injuria milites; vaſtari agros ferro, vel igne, homines capi, diripi vicos non permitterent, eos vero in ipſa via copiam rerum allaturos. Qui bono animo eſſe juſſi, ſi promiſſa exſequerentur, parem verbis fidem fecerunt, nulla re, quae militibus uſui eſſet, non conceſſa. Inſuper et-

Mm 2 iam

VI. Cap. XXII. qui eum ignem evaſiſſe, ſed admirantium miraculum, extollentium, et concurrentium militum agitatione colliſum, vita deceſſiſſe ſcribit: quod confirmat longa relatione *Raimundus de Agiles* pag. 168. addens, ignem a meridie extructum habuiſſe longitudinem pedum 14. materiam oleas ſiccas. Atque ut illud addam tanquam mantiſſam: vetuſtiſſima conſuetudine receptum erat, ut *ambigua crimina aqua, et igne probarentur*, praeſertim ſi defeciſſent probationes, et probari per ignem res poterat tranſitu, ut hic actum; vel nudis pedibus *vomere ignito* incedendo, ut in Antiquitatibus Romanis abunde dictum. Sic S. Richarda Carolo Craſſo Imperatori nupta, Gregorii Scotorum regis filia, adulterii accuſata, *vomeris igniti probationem*, et popoſcit, et habuit. *Rnegino Prumienſis* Chronico ad Annum DCCCLXXXVII. Dixi in Scriptoribus Scotis Lib. XVII. Addatur elegans locus ex legibus Gulielmi Senioris Cap. de Legibus Stupratorum apud *Rogerum de Hoveden* Annal. Part. II. pag. 344. *Si quis aliquem illorum interficeret, et ſi ſuper hoc defendere non poſſet, judicio Dei, ſcilicet aqua, vel ferro, fieret de*

iam ex proximis oppidis Chriſtiani multi, qui belli tempore capti fuerant, venditique, ſine pretio remittebantur, ut cuncti noſtris gratificarentur.

Continuato itinere venerunt Galli ad claram urbem ab incolis regionis Archin (3) vocatam, quinque millibus paſſuum a mari diſtantem. Ea ſubjacet Libano monti, et, quae circumſtat op-

de eo juſtitia. Antiquitas Academiae Pariſienſis notavit inter cives, et ſcholares jurgium ortum, et Thomam urbis praefectum iniquius ſe erga ſtudioſos gerentem rex in carcerem conjecit, donec judicio *aquae*, *vel ferri* ſe mundaſſet, ut notum ex Actis publicis, et narrat idem *Hovedenus* Annalibus ad Annum MCC. pag. 457. Paria in *Legibus Boiariorum*, *Ripuariorum*, *Alamanorum*, *Burgundiorum*, *et Francorum*, ſed hoc inſtituto meo ſufficit, et libri illi conſuli poſſunt. Sed ut illud addatur, Henricus Auceps Aug. cognomento Magnus *eandem lanceam* a Rudolpho rege Burgundionum eſt conſecutus, ut proditum memoriae. *Rainerus Reineccius*, qui eum ab Henrico Ranzovio regis Danorum legato acceptum ediderat, et *Paulus Jovius* in hiſtoria vitae Bajazetis II. imperatoris Turcici tradit, Muſtapham Baſſam *ferrum hujus lanceae* patrum noſtrorum aevo Romam detuliſſe. Nec minor *de clavis SS. crucis Dominicae quaeſtio eſt*, multorum ventilata ſcriptis. *Paulus Diaconus* Hiſt. Miſcell. pag. 340. Sed omnia haec arbitrio, et judicio S. R. E. ſubmitto.

(3) ARCHIN. Urbs haec

oppidum, regio fertilis, et amoena multum erat, aquis abundans, arvis, nemoribus, paſcuiſque diſtincta, longe, ac late ſatis patens, quam olivae, aliaeque domeſticae arbores magna ex parte veſtiebant. Caſtris prope oppidum poſitis, Galli cum agros popularentur, timens is, qui ei dominabatur, ne, ſi negaſſet commeatum, in ſe unum bellum conver-

haec ſitu, opibus, clade ſui, militum Chriſti victoriis inclyta. Albert. [Lib. V.] Cap. XXXI. *Praeſidium quoddam ingeniis, et humanis viribus inſuperabile, nomine Archas, profecti ſunt:* duravit obſidio *quatuor hebdomadarum* curriculo, ait *Idem* Cap. XXXV. *fin.* Coepta fieri obſidio die 14. Februarii, ſive, ut loquitur *Anonymus* Lib. IV. Cap. *XXXIV.* mediante Februario. Vel, ut *Baldrico* placet Lib. IV. pag. 127. die 12. Februarii: Huic *Arche*, et Illi *urbs Archae* eſt. Robertus Monachus Lib. VIII. pag. 72. *Abierunt ad quoddam antiquiſſimum caſtrum, cui nomen erat Archas, quod licet haberet nomen caſtri, tamen egregiis urbibus poterat aequiparari, et loci poſitione, et clauſura murorum, et eminentia turrium.* Raimundus de Agiles pag. 169 *Exercitus Francorum obſedit caſtrum Archados.* Guibert. Abbas Lib. IX. Cap. *XX. Praeſidium natura munitiſſimum in rupis ſupremo poſitum, quod dicitur Archas, Februariis Idibus... devenerunt.* Hoc ſi verum erit, obſidio contigerit die 13. Februarii. Caſtigatiſſime, ut ſolet, Tyrius [Lib. VI.] Cap. XIV. *Archis una de urbibus provinciae Phoeniciae, ad radices Libani,*

teretur, praeſertim ob loci commoditatem, bello pacem cenſuit praeferendam. Ideo miſſi ad duces placandos cibaria pro exercitu, muneraque ampliſſima obtulerunt. Simul etiam Chriſtianos ducentes, qui dum noſtri Antiochiam obſidebant, capti fuerant, atque ad Archim demum deducti, quibus receptis, caedibus finis populandique agros factus eſt.

Ibi dum alii conquieſcunt, pars exercitus, duce Tancredo ad Ortoſiam (4) oppugnandam contendit. Ea urbs in plano ſita, nec procul a caſtris ipſis diſtans, cum parum munita, et opibus plena eſſe affirmaretur, inceſſit Gallos cupido ejuſmodi urbem occupandi. Moenia igitur ſubeuntes, undique illam aggrediuntur,

in colle ſita munitiſſimo,... Aracheus ſeptimus filiorum Chanaam fundaſſe dicitur, et de ſuo nomine Arachis dixiſſe, ſed poſtea corrupto nomine Archis dictam fuiſſe. Cap. XVII. obſidionem deſcribit.

(4) AD ORTOSIAM. Aliis *Tortoſa* eſt, ut mox infra Dionyſio in Periegeſi Ὀρθωσίς *Orthoſis*; Straboni, et Ptolemaeo Ὀρθωσίας *Orthoſias*; Plinio *Orthoſia.* Hodie urbs clara eſt Phoeniciae, ut Hermolao Barbaro, et Leandro Alberti videtur *Tortoſa.* At aliis in Syria collocatur, ſub nomine *Antarados*, Raphaël Maphaeus Volaterranus. Eadem a Conſtantio Auguſto *Conſtantia* apud Cedrenum audit. Vulgo *Tortoſa.* Anonym. Geſt. Peregrinor. pag. 25. *Venerunt ante Tortoſam civitatem, et fortiter aggrediuntur*

tur, nec ſegniter oppidani ſparſi per muros reſiſtebant, haud ignari, quae, urbe capta, pati eoſdem oporteret. Cum ergo utrinque magno animo pugnaretur, tractum eſt ad noctem certamen, qua veniente, finem noſtri oppugnandi fecerunt, multis illatis, et acceptis vulneribus. Interim oppidani, ſpe abjecta urbis tuendae, cum liberis, et conjugibus in montes proximos refugerunt, ea omnia ſecum ferentes, quae brevi ſpatio extrahi poterant. Vixdum ſatis certa lux venerat, quum Galli, armis arreptis, ad oppugnandam urbem redibant, qui moenibus propinquantes, neminem ſuper eis cum vidiſſent, nec aliquis intus audiretur clamor, ſed magnum undique eſſet ſilen-

tur illam, quae nimis erat munita, multitudine paganorum. Guibertus Abbas Lib. VI. Cap. XX. *Tortoſam civitatem expetunt, et primo eam aſſultu, quam ferociſſime intulerunt, non minimum ejus loci indigenas terruerunt.* Anonymus Hiſt. Hieroſolymit. autor pag. 1155. *Eſt inſula quae Arados dicitur, cujus civitas Antharados, vulgo Tortoſa nominatur.* Tyrius [Lib. VII.] Cap. XV. *Antaradom, quae vulgari appellatione Tortoſa dicitur... Eſt autem Antarados civitas in litore maris ſita, juxta ſe inſulam habens modicam, quaſi per duo diſtantem milliaria, ubi antiqua, et per multa ſecula inſignis civitas Arados nomine fuit. Conditor Aradius. Ezechiel meminit* Cap. XXVII. Idem repetit Cap. XVII. et Lib. X. Cap. XIII. Al-

lentium, erectis celeriter ſcalis, cuncti muros aſcenderunt, et per vacuam viris urbem vadentes, ubi, abeſſe inſidias, cognovere, omnes ad praedam diſcurrerunt, quae omnis generis ingens fuit.

Goffredus interea certior factus, Italos mercatores, Galloſque cum ſuis navibus eſſe in portu, cujus jam ſupra meminimus, frumentum habentes, reſque alias uſui militum non inutiles. His accerſitis, tandem convenit, ut ipſi, cum navibus Judaeam petentes, non procul a litore navigarent, et ei venturo per maritimam oram neceſſaria miniſtrarent. Movens deinde cum exercitu, qua iverant alii, facit iter, venienſque ad Gibelim (5), urbem Phoe-

Albert. Cap. XXXI. *Tortoſa civitate expugnata, nec multo labore capta.* Rogerus de Hoveden. Annal. Part. II. pag. 403. corruptiſſimus eſt, *Turcuſum* enim vocat, et urbem *Antaradenſem*: corrige tamen, et lege *Tortoſam* ex Jacobo Cardinale Vitriaco [Cap. XIV. pag. 1062.] praeter jam allata, et *Antaradonenſem* urbem. Reliqua ſunt immedicabilia, eademque in hiſtoria Gallica Philippi regis.

(5) GIBELIM URBEM. Concordes Alii. Albertus Lib. V. Cap. XXXIII. *Ad civitatem Gybel in litore maris ſitam, divitiis locupletem, caſtra applicaverunt* Anonym. Geſt. Peregr. Lib. IV. Cap. XXXV. pag. 25. *Obſederunt quandam urbem, cui nomen Gibellum.* Robert. Monach. Lib. VIII. pag. 72.

Phoeniciae regionis, eam obſedit, cujus princeps, auro urbem ratus tuendam, quam defendere armis nequibat, adverſus adeo validum hoſtem, quem vehementer cives timebant, ob famam ab eo geſtarum rerum, ingens (6) auri obtulit pondus, et pro exercitu victus copiam, ſi, omiſſa obſidione, Goffredus ultra progrederetur, quod longe aſpernatus, avidior gloriae, quam pecuniae acrius obſeſſos urgebat. Sed, cum ſpe longior intercederet mora, et in oppido expugnando ingens labor multorum dierum proponeretur, orabant milites o-

Nn

72. *ad urbem, quae Gibellum vocatur, acies ſuas direxerunt*. Baldric. Lib. IV. pag. 128. Solers more ſuo Tyrius [Lib. VII.] Cap. *XVII. Oram legentes maritimam, ad urbem Gabulenſem, quam vulgari appellatione Gibellum dicunt, quae a Laodicaea... 12. diſtat milliaribus, pervenerunt*. Unus eſt Raimundus de Agiles, qui pag. 162. et 165. *Zibellum* vocet. Veteribus erat *Biblus*, ut Brocardo viſum. Meminit *Tyrius* Lib. *X*. Cap. V. plenius Lib. *XI*. Cap. *IX*. *Biblium urbs maritima, in Phoenice conſtituta*, Tyro ſuffraganea, dicta priſco vocabulo *Eve*, ab *Eveo* ſexto filiorum Chanaan fundatore: mentio in *Ezechiele* Cap. *XXVII*. et in Sacra *Regum* hiſtoria Lib. III. Cap. V. *Jacobo Cardinali Vitriaco* [Lib. I] Cap. *XCV*. *Biblium* audit, et ejus amiſſionem deplorat Cap. C. ſub finem Operis ſub patriarchatu Antiocheno.

(6) AURI PONDUS. Ty-

omnes ducem, ne iter incoeptum moraretur, ne facultatem ſibi adimeret ea aeſtate bellum conficiendi: nam pluris Judaeam, quam Gibelim urbem fieri debere rebus gerendis non opportunam. Quorum precibus tandem victus, re infecta inde abſceſſit. Sunt qui referant, eum barbarum urbis principem poſt repulſam a Goffredo acceptam, anxium animo, quidnam ageret, demum nuntios Archim miſiſſe, qui grandi pecunia Toloſae regulum ſibi conciliarent, ut ejus ſuffragio ad placandum Goffredum uteretur, atque illum, ſumpta pecunia, fraudem commentum Goffredo ſcripſiſſe, ſibi eſſe compertum, regem Perſarum, ubi acceperit cladem ſuorum, magnum exercitum comparaſſe, quo injurias ultum iret, nec eum procul abeſſe, cujus adventum ſi exſpectaret, vel perniciem ſubeundam, vel fore, ut novo bello expliciti expeditionem Judaicam deſerant; ideo ſe illum orare, ut ſolvat obſidionem, celeriterque ſe illi conjungat. Et ex his motum Goffredum a Gibeli diſceſſiſſe, ac eam frau-

Tyrius loco laudato [Lib. VII. Cap. XVII.] *Aureorum ſex millia duci obtulerat, inſuper ingentia munera, ſi ab obſidione deſiſteret.* Albert. Ibid. [Lib. V. Cap. *XXXIII.*] *Infinitam pecuniam obtulerunt.* Excuſat Toloſanum *Anonymus* [de Geſtis Francorum Lib. IV. Cap. XXXV.]

ſraudem poſtea cognitam, principem Toloſanum infamem, atque inviſum cunctis feciſſe.

Poſtquam duces ſimul fuerunt, legati ad eos Aegyptii (7) regis venere, illi placere oſtendentes, ut, ſi Chriſtianis videre ſepulchrum cordi eſſet, quo forſan ſuum votum explerent, eo inermes proficiſcantur: neque enim armis opus eſſe regis optimi, atque amici urbem petentibus, operamque daturum eum, ut hoſpitaliter, ac benigne (8) recipiantur.

Quod ſi armati, rege invito, ulterius tenderent, eum iter viribus magnis prohibiturum, nec laturum modo aliquo, ut advenae Chriſtiani diu a ſe poſſeſſum regnum armis invadant. His eſt reſponſum, duces ipſos dare leges, non accipere conſueſſe, nec ideo arma induiſſe, ut ad nutum regis Aegyptii ea deponant. Ergo, eos velit rex, aut nolit, more ſolito iter facturos, ſpem habentes, Deum foederis teſtem, ſceleriſque ſuorum hoſtium ipſis in bello non defuturum.

 Sub

(7) LEGATI AEGYPTII.. Qui cum Chriſtianorum legatis, a Calypha Aegypti poſt annum maligne retentis, venerant. *Tyrius* [Lib. VII.] Cap. XIX.

(8) AC BENIGNE RECIPIANTUR. Summa haec legationis Aegyptiacae apud *Tyrium* ibidem: *Regem permittere, ducentos, aut trecentos inermes ſimul proficiſci Hieroſolymas, et completis*

Sub idem tempus Byzantii principis (9) oratores, poſtquam ad duces pervenerunt, queri ajebant imperatorem, quod, cum omnes fidem dediſſent, ſi qua per Aſiam bello quaererent, ea pro illo retenturos, tamen eos fidem fregiſſe, cum Boamundo Antiochiam dederint, aliaſque plurimas urbes, juſſerintque, ne cui principi obediret. Igitur nunc eundem petere, ut fidei memores bello parta eidem conſignent, quod ſi neglexerint, ipſum imperatorem talem injuriam non laturum. Ad ea Goffredus, nil, reſpondit, foedius eſſe, quam objicere aliquod crimen, quod in eum totum redundet. Id tum facere Graecum principem, qui, cum poſſet eis opitulari in Antiochia jam obſeſſis; atque id poſceret data fides, ut, qui ſcilicet ei parebant, ſuis armis defenderent, cum id facere neglexiſſe, impieque in ſummis periculis tot Chriſtianos deſeruiſſe, qui, ſi victi ab hoſte fuiſſent, vel amiſiſſent protinus vitam, vel a barbaris tenerentur, non forte ſibi moleſtum fuiſſe, ipſum quoque, legatis orantibus, ut contra Aegyptios auxilia mitteret, ea negaſſe, quamquam ſibi eſſet compertum, ingens periculum immi-

nere,

tis orationibus redire incolumes. Vide locum illum; Alii ſilent.

(9) BYZANTII PRINCIPIS. *Tyrius* [Lib. VII.] Cap. XX.

nere, ſi noſtri in re tam gravi deſererentur, proinde recte duces feciſſe, qui ejus imperium abnuiſſent. Quae ubi legati audierunt, orabant maxime ipſos principes, ne ultra tenderent cum exercitu, et principem ſuum adoirentur: ipſum enim cum magno exercitu brevi ſe illis conjuncturum, ac, ſi bellum ſimul gerant, hoſtes Aegyptios vires eorum non laturos, ſinguliſque ingentia munera (10), magnam

(10) INGENTIA MUNERA. *Munera legatorum* in univerſum *triplici genere*; aut enim ipſi afferebant, ut hic; aut ipſi accipiebant; aut per ipſos, principibus ſuis demandabantur. Graecis iſta Τὰ λαύτεια *Lautia*. Plutarch. Problemat. Cap. XLIII. et Ξένια quaſi *hoſpitum* dona. Vocantur *munuſcula* l. un. C. Theodoſ. ne damna provincialibus infligantur [Lib. XI. Tit. XI.] *Sidon. Apollinar.* Lib. V. Epiſt. VII. *munera*. Salvian. Maſſilien. Lib. V. de Providentia [pag. 97. edit. Brem. in 4to.] *Veniunt plerumque novi nuntii novarum epiſtolarum a ſummis ſublimitatibus miſſi, qui commendantur inluſtribus paucis ad exitia plurimorum: decernentur his nova munera.* Cato de Innocentia ſua apud A. Gellium: *Cum eſſem in provincia legatus, quamplures ad praetores, et conſules honoraria vinum dabant: nunquam accepi, ne privatus quidem.* Sed *Lautia* paulo ſuperius. Adde Feſtum Pompejum Lib. IV. in *Dacrimas*, et T. Livium Lib. XXVIII. Cap. XXXIX. Lib. XXX. Cap. XVII. et *Dautia*, Herman. Kirchner. Lib.

gnam vim pecuniae promittebant. Qua re in conſilio agitata, ſententiae principum variabant, quibuſdam cenſentibus, exſpectandos Graecos, et praemii ſpe forſan motis, aliis vero penitus adverſantibus, qui ſe imperatoris perfidiam, ſimulatumque animum noſſe, aſſeve-

Lib. II. de Legati Dignitate Cap. II. et *Xenia* Leg. VI. ff. de Offic. Proconſ. Videatur, qui mihi non ſunt ad manum Caroli Magni Capitularium Lib. II. Cap. XVI. Sed Graeci δωρα *dona* dixerunt. *Claud. Aelian.* Lib. I. Var. Hiſtor. Cap. XXII. et ad illum locum plura in commentariis a me ſunt dicta. Nonnullis placet επισημον hoc genus munerum dici, *Aelian.* loco laudato, et ex eo *Coelius Rhodigin.* Lib. XI. Cap. XXVIII. licet, *Julius Pollux* Lib. III. Onomaſt. Cap. X. [Segm. 86.] Αργυριον επισημον pro *argento quodam*, aut *ſpecie argenti* ponit, ut male *Rudolphus Gualtherius* interpretatus. Ego pro *pecunia percuſſa*, aut *ſignata* ſumo, argumento claro ex eodem Polluce Lib. IX. Cap. VI. [Segm. 51.] ubi επισημον νομισμα *probum*, *notatum* opponit κιβδηλω *adulterino*, aut, ut Perſius loquitur, *ſubaerato* [Sat. V. vs. 106.] De qua re ex omnibus utriuſque linguae, et omnis aetatis auctoribus dixi Lib VII. Antiquit. Roman. Cap. XXXI. Sed ad legatorum munera deſcendo, de quibus videndi *Aemilius Probus*, falſo *Cornelius Nepos*, in Hannibale [Cap. VII.] *T. Livius* paſſim. *Aimonius Monachus* Lib. IV. Cap. XC. et XCV. *Zonaras Drungarius* Tom. II. pag. 50. *Heliodorus* Aethiop. [Lib. X.] *Luitpran-*

verabant, nec ipſum ob aliud ea tunc fingere, quam ut iter inceptum moraretur, ac, ſerendo inter eos diſcordiam (11), major ſibi eſſet facultas imperium extendendi. Ea diſſenſio paulatim ſerpens totum exercitum pene infecit, et ea contentionis vis eſt provecta, ut, invi-

prandus Ticinenſis in legatione illa ſua nobili pag. 103. *Plutarch.* Apophthegmatis pag. 179. *Poetae:* Virgil. Lib. VII. Aeneid. [vs. 243.]

Dat tibi praeterea fortunae parva prioris
Munera, relliquias Troja ex ardente receptas,

Et Lib. XI. [vs. 281.] Latinus ad legatos Turni:

Munera, quae patriis ad me portatis ab oris,
Vertite ad Aeneam.

Ganfridus Malaterra Lib. IV.

Atque ditat legatum muneribus.

Coripp. African. Lib. III. num. VII.

Debita quaerenti tranſmitto munera regi.

Et eodem libro ad finem:

En Scuptor noſtra ſervire paratus in aula
Legatos nobis, et plurima munera mittit.

(11) SERENDO DISCORDIAM. Variatum ſententiis, nam legati Alexii eum Kalendis Juliis adfuturum aſſerebant, itaque adventum illius praeſtolandum cenſebat comes Toloſanus, aliis contra nitentibus. *Tyrius* [Lib. VII.] Cap. XX. Nec levem maculam inurunt *Raimundo* hu-

vicem altercantes, vix manibus temperarent. Id quidam videntes, qui ex Tripoli urbe (12), magna, et nobili ad explorandum in caſtra venerant, domum reverſi ſeditionem noſtrorum indicarunt, rem per ſe gravem verbis etiam augentes. Quo circa praeſidens urbi, quanquam multa prius obtulerat, quo averteret a ſe hoſtes, eoſque a populando comprimeret, tantum ex hoc auxit ſpiritus, ut, contractis undique auxiliis, noſtros arcere a tranſitu niteretur.

hujus expeditionis Scriptores, quod gloriae privatae avidus publicae cauſa efficere, et ſacri belli ſuſcepti curſum intercipere conaretur, late *Albert.* [Lib. V.] Cap. XXXVII. Aliorum vero narratio aut manca, aut omnino imperfecta.

(12) TRIPOLI URBE. *Variae* hoc nomine urbes a Geographis recenſentur. Una *in Arcadia*, quae et *Callia*, Pauſan. [Lib. VIII. pag. 656.]. Altera *in Graecia* inter Lariſſam, et Peneum, alio nomine *Scaea*, Perrhebiorum caput, *T. Livius* Lib. XLII. [Cap. LV.] Tertia *in Laconica* non longe a Megalopolitide, Idem Lib. *XXXV.* Cap. *XXVII.* Eſt, et caſtellum, et flumen *in Cappadocia* Plinio: et *in Caria* urbs Stephano: et *in Africa* Solino: quae Plinio *Neapolis*, hodie *Tripoli di Barbaria.* Dominicus Draudius, Martin. Delrio, Peregrinatio Purchaſii Lib. VI. Cap. VIII. *in Lydia*, celebris concilii Nicaeni Actis, cujus meminit Itinerarium *Scoti*, quod falſo *Antonini* dicitur, *Suidas*, *Socra-*

tur. Caſtris ergo poſitis extra urbem, qua venturos noſtros opinabatur, conſtitit cum exercitu, acie pugnaturus, ſi duces adverſus eum procederent. Quibus cum id innotuiſſet, ſocius timor (ut ait poëta) pacem inter eos ſuaſit.

Itaque, contentionibus poſitis, communi animo inſtruunt acies, et adverſus hoſtem profecti proelium ingens commiſere, barbàris non cedentibus, quia noſtri loco iniquo dimicabant.

Oo

crates Scholaſticus; *Ptolemaeus*. Denique *in Phoenicia*, de qua hic. Late Diodorus Siculus, qui Lib. XVI. [Cap. XLI.] eam a *tribus* gentibus ſic dictam vult, *Aradiis*, *Tyriis*, et *Sidoniis*. Hodie *Tarapolo*, ut vult Leunclavius, aut *Trabelos* ait Benjamin Tudelenſis [pag. 35.] Hujus belli Scriptores, *Anonymus* Geſt. Francor. Lib. IV. Cap. XXXVI. *Tandem concordatus eſt rex Tripolis cum ſenioribus, illiſque continuo diſſolvit pluſquam 300. peregrinos, qui illic capti erant*: differt tamen a *Noſtro*, qui ruptum foedus, et inſidias clam paratas deſcribit; at ille contractam ſemel pacem ſemper duraſſe contendit: cum Noſtro conſentit *Baldricus* Lib. IV. pag. 129. qui id actum die X. Aprilis ſcribit: multum diſcors *Guibertus Abbas*, qui Lib. VII. Cap. I. in diem XIII. Maji hanc inſidiantium Tripolitanorum ſtragem, et obſidionem rejicit: *Anonymus alius* in Geſtis Francorum expugnantium Jeruſalem pag. 571. Tripolis prope mare ſita eſt. *Tyrius* [Lib. VII.] Cap. XXI. Curioſiore ſtylo *Vitriacus*

Car-

bant. Sed, cum praetervecta equitum acies ſe hoſti a tergo oſtendiſſet, fuga fieri coepta eſt, ſimulque ingens fuſorum caedes, quouſque ad urbem noſtri ſequentes parum abfuit, quin una cum illis intus irrumperent. Eo modo, barbaris victis, duces non longe ab urbe caſtra locant, non, quo eam obſidendam putarent, mente ipſa in Hieroſolymam verſi, quam ſine mora petere ſtatuerunt, ſed quo barbari pacem ſibi ab eis redimerent, rati, eos animis fractos bello concordiam praelaturos. Neque ipſos fefellit opinio. Nam die ſequenti urbis princeps nuntios miſit, qui commeatum omnis generis, magnumque auri pondus daturum ei pollicerentur, et omnes captivos remiſſurum. Quibus ex fide obſervatis, noſtri ab urbe diſceſſerunt, et per (13) mariti-

Cardinalis depinxit Cap. XXXIII. *Tripolis civitas nobilis, et opulenta, ſupra maris litus ſita in provincia Syriae Phoenicis; idoneam habens poſitionem, et ſitum commodiſſimum, fontibus et rivis irrigua; agris frugiferis et fructiferis arboribus, et paſcuis virentibus uberrima, et montis Libani vicinitate, et eidem monti collibus adjacentibus multas habens commoditates.* Sanutus [Lib. III. Parte V.] Cap. VII. *Tyrius* (dicto) Cap. XXI.

(13) PER MARITIMA LOCA EUNTES. Toto hoc itinere, deficiente alio victu, exercitus cannis mellitis victitavit, Albertus [Lib. V.] Cap. XXXVII. *Calamellos ibidem*

tima loca; euntes venere ad urbem, Baru-

Oo 2 tim

dem mellitos per camporum planitiem abundanter repertos, quos vocant Zukra, ſuxit populus, illorum ſalubri ſucco laetatus, et vix ad ſaturitatem prae dulcedine expleri hoc guſtato valebant: hoc enim genus herbae ſummo labore agricolarum per ſingulos excolitur annos; deinde tempore meſſis maturum, mortariolis indigenae contundunt, ſuccum colatum in vaſis ſuis reponentes, quouſque coagulatus indureſcat ſub ſpecie nivis, vel ſalis albi. Pergit deinde, et ejus rei inventionem ad Jonathan Sauli filium trahit. Paria apud *Fulcherium* Carnotenſem Cap. *XX. Erant in ipſis agris cultis meſſes quaedam, quas vocant Cannamelles, arundinibus ſimiles, a canna, et melle nomen compoſitum; unde, ut puto, et mel ſilveſtre dicitur illud, quod de his ſapienter, conficitur; has quidem propter ſaporem mellitum, dentibus famelici ruminabamus.* Anonym. Geſt. Francor. expugnant. Hieruſal. Cap. XXXV. [pag. 579.] *Pane quoque, et vino, nec non, et ſilveſtri melle, muneribusque donatus.* Incertus author. Hiſt. Hieroſolymit. Part. II. pag. 594. *Inveniebantur aliquando arundines quaedam, vulgo dictae Cannamelles, de quibus confici ajunt mel ſilveſtre, unde et nomen ex canna et melle compoſitum videntur habere: has qui poterant invenire, dentibus ruminandas propter melleum ſaporem, ingerebant, plus inde ſaporis capeſſentes, quam vigoris.* Hoc eſt illud ſaccarum veteribus quidem cognitum, ſed non adeo frequenti, ut nunc, uſu. Multis dixi in Hetruria Regali Lib. IV. Cap. CXXII. Obiter meminere

Pau-

tim (14) dictam, quam Butirim priſci vocabant: poſt ad Sajetem, quam veteres ab ipſo initio Biblum dixere, cujus indigenae, commeatum negantes, noſtros caſtrametantes invaſere. Sed deducti ab opere milites cum propere aciem direxiſſent, cernere licuit, quid in-

Paulus Diaconus Hiſt. Miſcell. Lib. *XVIII.* pag. 576. *Arrianus* in Periplo [Maris Erythraei] pag. 5. ed. Stukkii:

Μελι το καλαμινον, το λεγομενον σακχαρι.

Mel cannis contentum, quod vocatum Sacchari.

Late *Joannes Brodaeus* Lib. *IV.* Miſcellan. Cap. *XXII.* (in Face Art. Gruteri Tom. II. pag. 523.) *Papin. Statius* Lib. I. Silv. VI. [vs. 14.]

Quod ramis pia germinat Damaſcus,
Et quas praecoquit Ebosa cannas,
Largis gratuitum cadit rapinis.

(14) BARUTIM. Tyrio [Lib. VII.] Cap. *XXI.* *Birithia* eſt, et *Berithus*; ſed revera Βηρυτος *Berytus* eſt: vulgo *Baruti*, ut putat Olivarius. Leonardo Abeli *Berut*, Scaligero eſt *Barut*, parvo diſcrimine: olim vero *Gerſe* a fundatore Gerſeo, ut ex loco Tyrii infra laudando patet. *Servius Maurus* ad Lib. IV. Aeneid. [vs. 670.] Didonem natam inter *Tyron*, et *Birithon* ait. *Studiorum mater* (*et alumna*) apud Eunapium Sardianum [pag. 633.], *Phoeniciae ornamentum* apud Agathiam Scholaſticum. *Colonia quae Felix Julia appel-*

intereſſet manus conſerere turbam inconditam, et aſſuetos bellicis rebus. Nam oppidani armorum rudes, quamvis multi numero eſſent, primo impetu fuſi, a noſtris paventes, in urbe ſunt compulſi, plurimique illorum capti, vel interfecti fuerunt: qui ſuperave-

pellatur Plinio Lib. V. Cap. *XX*. In Nummo veteri, COL. JUL. AUG. FEL. BER. *Colonia Julia Augusto Felix Berythus.* [Car. Patin. Num. Impp. pag. 39.] Et cum Juſtinianus *ſeptem Juriſconſultos* inſtituit per univerſum orbem, qui de jure reſponderent, *Beryti duo* eorum collocati, ut ex confirmatione Pandectarum notum. Hiſtorici hujus belli: *Albertus* [Lib. V.] Cap. *XXXIX. Applicuerunt juxta urbem Baurim, vel Baruth hoſpitari.* Cardinalis *Vitriacus* Hiſt. Hieroſolymit. Cap. XXVI. *Berythum civitas maritma inter Sidonem, et Biblium.* Anonym. Lib. IV. Cap. XXXVI. *Applicuimus ad civitatem juxta mare, quae dicitur Baruth.* Eadem verbotim apud *Robertum Monachum* Lib. VIII. in fine [pag 73.] *Baldrico* Lib: IV. pag. 130. *Baruch* eſt, ut et *Guiberto Abbati* Lib. VII. Cap. I. *Raimundus de Agiles* vero corruptiſſime *Berintum* vocat pag. 173. *Fulcherio Carnotenſi* non minus depravate Cap. XXII. *Berutum.* Suberat Tyrenſi Metropoli, *Liber Notitiarum* utriuſque Imperii. *Codex* Cardinalis Sirleti. *Ulpianus J. C.* et Hadrianus Auguſtus apud *Tyrium* Lib. XI. Cap. XIII. *Arnoldus Lubecenſis* Lib. V. Cap. III. Haec autem omnia, ut hic Noſter, breviſſime repetit *Gulielmus Malmesburienſis* Lib. IV. Hiſtor. Anglic. pag.

runt malo domiti, ad deprecandam iram imperatoris miſere copiam rerum omnium, quae ad alendum exercitum pertinebant, ſimulque munera magna ipſis ducibus, qui abeuntes, trajecto amne, Biblum inter, ac Tyrum fluente, quemadmodum veteres appellabant, ad urbem Tyrum (15) pervenere, vetuſtate, fama,

pag 79. *Caeteri per Tripolim, et Berythum, et Tyrum, et Sidonem, et Accaronem, et Caipham, et Caeſaream Paleſtinae tranſeuntes, a dextris dimittentes maritima, pervenerunt Ramulam.* Rem eandem narrat *Henricus Huntindonienſis*, ſed in nominibus variat Lib. VII. pag. 216. *Applicuerunt ad Barat, inde ad Sagittam, inde ad Surh, inde ad Acoram, inde ad Caiphas, inde ad Caeſaream, in Pentecoſten, inde ad vicum S. Georgii, inde Jeruſalem.* Rectiſſimum Hodaeporicon, niſi quod vitiata ſint nomina, nam *Barat* eſt *Berytus*; *Surh* eſt *Tyrus*, *Acora* eſt *Accon*, ſeu *Ptolemais*; vicus *S. Georgii Ramula* eſt.

(15) URBEM TYRUM. De hac urbe Geographi, Poëtae, Hiſtorici, omnium ſeculorum omnes, operoſiſſime. *Curtius Rufus* [Lib. IV. Cap. II. et IV.] et *Arrianus* in rebus Alexandri [Cap. XVIII.] *Novam a vetere* praeclare *Benjamin* Tudelenſis [pag. 37.] diſtinguit: *Dionyſius* Alexandrinus *τυρον ωγυγιην antiquam* vocat, [*vs.* 911.] Hebraei *Tſur*, vel *Sur*, vel *Sor*, Aſiatica Peregrinatio Lib. I. Cap. XVII. Olim etiam *Sarra.* Servius Maurus Honoratus ad Lib. II. Georgic. [vs. 506] *Quae nunc Ty-*

ma, ſituque, et opibus claram, ex qua inclitae olim Carthagini haud dubiam fuiſſe originem, priſci tradunt rerum ſcriptores; ac ſemper Carthaginenſes Tyros ipſos velut parentes coluiſſe, ſuae originis non immemores. Ea urbs, jampridem libertate amiſſa, et Maümetti legibus obſequens, Aegyptio tum parebat re-

Tyrus dicitur, olim Sarra vocabatur, a piſce quodam, qui illic abundat, quem lingua ſua Sar appellant. Idem in *A. Gellio* [Lib. XIV. Cap. VI.] et *Feſto Pompejo* p. 482. Nec tantum *Carthaginis parens*, ſed nomen id *utrique* civitati commune. *Servius* idem ad Lib. IV. Aeneid. [vs. 670] *Antiqua Tyros, vel nobilem dicit, vel illud oſtendit; quia Carthago ante Byrſa, poſt Tyros dicta eſt: poſt Carthago a Carthada oppido:* unde *Sarranae tibiae* nomen habent, et *purpura Sarrana*, pro Aſiatica, *Tyria*, optima, paſſim. *Juvenalis* Satyr. X. vs. 38. *Virgilius* ſupra laudatus. *Sidonius Apollin.* Lib. VIII. Epiſt. VI. et principio Carm. II. [vs. 6.]

Includat Sarrana chlamys.

Plautus Truculento apud Philippum Paraeum, [Act. II. Sc. VI. vs. 58.] et *Q. Ennius* dixit [pag. 84.]

- - - Poenos Sarra oriundos.

Corripus noſter Lib. III. Num III.

- - - Regales epulas, et dulcia Bacchi
Munera, quae Serapta fe-

regi, prope quam poſitis caſtris, noſtri amoenitate regionis pellecti rerum omnium abundantia, triduo iter intermiſerunt. Deinde

ferax, quae Gaza creat,
Aſcalon, et laetis dederat quae Graeca colonis,
Quaeque antiqua Tyros.

Hujus belli Scriptores: *Anonymus* (de Geſt. Franc.) pag. 26. jejune: *Venimus ad aliam urbem, quae vocatur Sagitta: dehinc ad aliam, quae dicitur Sur*: eadem *Robertus Monachus* Lib. VIII. in fine [pag. 73.]: *Fulcherius Carnotenſis* pag. 404. Stipendium diurnum pependerunt reliquae civitates, per *quas tranſivimus, ſcilicet Syndonem, et Tyrum, atque Achon, hoc eſt Ptolemaidem, amicitiam fingentes, ſed cor nequam habentes.* Corrige obiter auctorem illum, et lege, *ſcilicet Sydonem, et Tyrum*: ſunt enim illae urbes ſibi, in eodem tractu, vicinae. Vitioſiſſimus eſt textus *Incerti Authoris*, in geſtis Francorum expugnantium Hieruſalem Cap. XXI. [pag. 571.] Sed quia mirifice huc quadrant, apponam: *Jam meſſis in archa erat, magnaque copia annonae per totam maritimam Tyri, et Sydonis, quae civitates proximae ſunt, et Byritho affines, nunc vero mutatis nominibus ab incolis Sur nuncupatur quae Tyrus quondam dicebatur, et quae modo Sagitta antiquitus Sydon appellabatur, ... Sur quoque Tyrus dicta eſt, in qua Tyrius Apollonius regnabat.* Lima pluſquam critica hic opus: itaque lege mecum, *jam meſſis in area erat*; caſtigatio rectiſſima ex Varrone, Catone, Columella, Palladio, aliiſque rei ruſticae ſcriptoribus:

de moventes inter mare, ac montes via difficili, atque anguſta Prolemaidam petunt, Acrem poſt (16) ab incolis dictam, Ibi ad lae-

vam

bus: tum ſequitur *Byritho affines*; illud vero non ferendum *Apollonium Tyrium ibi regnaſſe*: nam non Tyrius ille, ſed *Tyaneus*, in Cappadocia ad Aſmabei Jovis templum natus prope *Tyanam* urbem; nec *regnavit* unquam, ſed ſapientiae deditus erat, ut vita ejus Philoſtrato authore loquitur. *Tyrius* [Lib. *VII.*] Cap. *XXII.* *Egregiam illius regionis metropolim Tyrum, vetuſtiſſimum Agenoris, et Cadmi domicilium pervenerunt.* Deſcribit *Marius Sanutus* Part. *VI.* Secret. Fidel. Cruc. Lib. *III.* Cap. *XII.* in figura eſt *rotunda*, et pene ex omnibus partibus *marinis fluctibus cingitur, ex parte terrae triplici muro munita*: mentio in Sacris Literis paſſim, *Ezech. XXVI. Zachar. IX. Joſue XIX.* Addit deinde Deodori fabulas de Cadmo, quem *Catmum* vocat, de Agenore, et Tyrate filio Japeti. Simpliciter Albertus [Lib. V.] Cap. XLI. *Camporum planitiem habentes uſque Tyrum, quam nunc Sur vocant.* Fuſiſſime vero ejus obſidionem expreſſit Lib. XII. *Idem* a Cap. *IV.*

(16) ACREM POST DICTAM. Imo vero *Accaron*, et *Acon*: ſupra hic. Addendi alii. Albertus loco laudato: *Ad civitatem Ptolemaidem, quam nunc moderni Accaron vocant, eo quod ſit urbs Dei Accaron, ventum eſt.* Tyrius [Lib. *VII.*] Cap. *XXII.* *Acconenſes* vocat. Guibert, Abbas Lib. *VII.* Cap. *I.* *Ad Accaron Paleſtinorum aliquando metropolim devenere.* Fulcherio Carnotenſi dicitur Cap. *XXII.* *Achon.* In-

vam flexo itinere, relictaque a dexteris Galilaea, inter mare, ac montem Carmelum (17) ibant, quoad Caeſaream fuit ventum. Id Ju-

Incertus auctor Hiſtoriae Expugnantium Jeruſalem, pag. 571. *Venerunt Ptolemaidem, nunc Achilon dictam, quam quidam errantes Accaron exiſtimant nominandam.* Baldrico Lib. IV. pag. 130. *Acra* dicitur; ſed corrupte omnia: nam ex Ptolemaeo, et Strabone olim Ακη *Ace* dicebatur, unde illis errare pronum fuit. Hodie Minadojus vocat *Acan*, nonnulli *Caypham*, Mercator *Acon*, Benjamin Tudelenſis, [pag. 38.] ut putant, *Akadin*, in Sacris Literis *Rhodophoros.*

(17) MONTEM CARMELUM. In *Paleſtina* ſanctiſſimo *Heliae* incolatu ſacer. Ptolemaeo, et Straboni notus, et Sacris Literis, Lib. I. Samuelis Cap. XV. Vulgo *Carmene*, ejus promontorium, quod a nautis obſervari ſolet, *Cabo Bianco* dictum cenſet *Ortelius.* Oraculum antiquitate ipſa hic celebre, ut deſcripſere *C. Tacitus* Lib. II. Hiſtoriar. [Cap. LXXVIII.] *Suetonius* Veſpaſ. Cap. V. *Apud Judaeam Carmeli Dei oraculum conſulentem, ita confirmavere ſortes.* Erat ergo, et *mons*, et *Deus* eodem nomine; nec in Judaea tamen proprie, ſed inter Judaeam, et Syriam ait Tacitus. [d. l.]. *Petrus Apollonius Collatius* Lib. IV. de excidio Hieroſolymorum:

- - - Amathaidemque locutum
Vera tibi vatem, et Corneli oracula diſces.

Quis hic *Cornelius*? Non ſane

Judaeae provinciae oppidum ab ipſo initio Stra-
Pp 2 tonis

ſane ſacerdos Veſpaſiani, conſultor ille enim *Baſilides* ex Tacito fuit. Locum corruptum ſic corrige:

... *Et Carmeli oracula diſces.*

Hujus belli Scriptores. *Incertus Scriptor* Geſt. Francor. Expugnant. Hieruſal. Cap. XXI. [pag. 571.] *Inter has duas urbes* (Tyrum, et Sidona) *Sarepta Sydoniae aeſtimatur: inde enim ad Carmelum montem, ubi Helias habitavit, non amplius iter duorum dierum ingreſſi.* Tyrius [Lib. VII.] Cap. XXII. *Inde vero progreſſi, Galilaeam a laeva deſerentes, inter Carmelum, et mare.. pervenientes, .. caſtrametati ſunt.* Et Lib. XX. Cap. XXX. *Eſt autem hic Carmelus, non ille mons, qui in maritimis ſitus eſt, Heliae familiaris, ſed viculus quidam, ubi olim ſtulti Nabal domicilium legitur fuiſſe.* Jacobus a Vitriaco Cardinalis Cap. XXII. Hiſtoriae Hieroſolymitanae ſic pág. 666. habet: *Mons Carmelus a parte urbis Ptolemaidis auſtrali ſublimis exſurgit, ubi Helias Theſbites modici paratus domicilium habuiſſe, dignoſcitur, quod adhuc illius ſpelunca teſtatur.* Par cum Apollonio Collatio Navarienſi erratum extricabo e codice Alberti Aquenſis Lib. V. Cap. XLII. ubi ſic: *In terminis, et ſpacioſa planitie praenominatae Caeſareae Cornelii in regione Paleſtinorum, iter ſuum continuantes.* Legendum cenſeo: *Carmeli in regione Paleſtinorum:* eſt enim *Caeſarea* non longe *Carmelo*, ut ex chorographia Terrae Sanctae apertum puto: ſcio tamen, vulgatam probari a non ne-

tonis Pyrgus (18) dicebatur. Sed, cum Herodes pene collapſum amplificaſſet, ei Caeſareae nomen indidit, Octavium Caeſarem honore proſequens, a quo ipſe, antea hoſtis, cum faviſſet Marco Antonio, rex appellatus, maximis beneficiis eſt affectus: nec idem Caeſar

nemine lectionem, ut *Caeſarea* haec appellationem habuerit *a Cornelio Centurione*, ut Actorum Cap. *X.* eſt.

(18) STRATONIS PYRGUS. Concordes omnes. Albertus Lib. *V.* Cap. *XLI.* *In terminis Caeſareae, quam quondam urbem, Turrim Stratonis dictam, Herodes poſtea in honorem Caeſaris reaedificatam, Caeſaream appellavit:* de qua urbe in Actibus Apoſtolorum Cap. *XXI.* ſic habetur: *Alia autem die profecti venimus Caeſaream, et intrantes domum Philippi Euangeliſtae, qui erat unus de ſeptem, manſimus apud eum, huic autem erant quatuor filiae virgines prophetantes, et, cum moraremur per dies aliquot, ſupervenit quidam a Judaea Propheta nomine Agabus; is cum veniſſet ad nos tulit zonam Pauli, et alligans ſibi pedes, et manus dixit, haec dicit Spiritus Sanctus, virum, cujus eſt zona haec, ſic alligabunt in Hieruſalem Judaei, et tradent in manus gentium.* Addit incertus Auctor Geſt. Francor. Expugnant. Hieruſalem. pag. 571. Antiquiſſimum ejus urbis nomen fuiſſe *Dor:* verba ſunt: *Caeſaream Paleſtinae adorſi ſunt, quae quidem Dor antiquitus, a quibuſdam vero Turris Stratonis nuncupata eſt, in qua Herodes, Agrippa dictus, nepos illius Herodis cujus tempore natus eſt Chriſtus,* ver-

ſar in alium regem ea aetate indulgentior fuit, praeſertim quia regio animo, et fide inſigni praeditum eum intelligebat,

Cum ob Judaeam bellum hoc geſtum fuerit, non incongruum viſum eſt, parum digredi ab incoeptis, paucisque Judaeae ſitum, quibuſve

percuſſus ab angelo, vermibuſque conſumptus, infeliciter exſpiravit. Pthiriaſim, ſeu pedicularem morbum notat: pedis enim vermes vocat etiam Plinius Lib. *VII.* in Syllae exitu [Cap. *XLIII.*] Simpliciter, et candide Tyrius Lib. *VII.* Cap. *XXII.* *Caeſaream ſecundae Paleſtinae Metropolim, quae priſco nomine Turris Stratonis appellata eſt, pervenientes.* Vitriacus Cardinalis Cap. *XXIV.* *Caeſarea, antequam Herodes, qui pueros interfecit, in honore Caeſaris eam appellaſſet, Turris Stratonis nomen habebat,* ... in hac autem beatus Apoſtolus Paulus longo tempore detentus in carcere: Actor. Cap. *XXIII.* et *XXVII.* Sanut. Lib. *III.* Secret. Fidel. Cruc. Part. *VI.* Cap. *IV.* *Caeſaream etiam Paleſtinae, quae antequam per Aſcalonitam Herodem augeretur in honorem Caeſaris, Turris Stratonis vocabatur.* Bernardus Scotus, licet de alia in hanc urbem expeditione:

Annus millenus centenus erat, ſed et unus,
Cum Stratonis Turrim,
ſic dictam cepimus urbem.

Idem ſcholaſtico illius ſaeculi more repetit:

Anni mille Dei centum, ſed et unus abibant;

Cum

buſve circumſcribitur locis, abſolvere. Igitur ea provincia (19) Syriam a ſeptentrione termi-

Cum nos Caeſaream per ſcalas cepimus urbem.

Meminere alii. *Joſephus* Lib. I. belli Judaici Cap. III. Lib. XIII. Antiquit. Cap. XIX. *Hegeſippus* Lib. I. belli Hieroſolymit. Cap. VI. D. Hieronimus cenſuit, eſſe *Accaron* contra noſtros hujus belli ſcriptores, ut notat in Syria ſua quidam auctor. *Colonia prima Flavia* Plinio, et *Apollonia*; licet Ptolemaeus diſtinguat; *Azor* Pineto eſt; *Balbeo*, et *Beline* Theneto; *Oad* olim, ſuo tempore *Siſeria* Benjamino [pag. 59.] Porro vero *Pyrgum* non *Turrim* Noſter dixit, quia etiam latino aevo dictio uſurpata: nam quae Martiali Lib. XIV. Epigr. XVI. *turricula* eſt: Q. Horatio Lib. II. Satyra VII. [vs. 17.] eadem *Pyrgus* dicitur; ubi vide Helenium Acronem, et Porphyrionem:

Mitteret in Pyrgum talum:

Eſt; et *Pyrgus in Marmarica* Gerard. Mercator: et *Pyrgus Euphranta* in Ptolemaeo, et *Pyrgi Hetruriae* oppidum litorale, *Martiali* Lib. XII. Epigr. II. Late dixi *Hetruriae Regali* Lib. IV. Cap. XXII.

(19) IGITUR EA PROVINCIA. Pulchra Judaeae delineatio, quae illuſtrari poſſet a geographis utriuſque aevi; ſed maxime ab *Adrichomio*, qui *Theatrum Terrae Sanctae* curioſe elaboravit, et a *S. Adamanno Scoto*, qui idem feliciſſime praeſtitit ſub Annum DCCXCVII. ut Beda, Sigebertus, Sixtus Senenſis, Poſſevinus, et alii docent, ſed Opus illud

minos habet, ab oriente, atque meridie petream Arabiam, ab occaſu Aegyptum, ſimul mare

illud, licet, ut audio, editum, ad me non pervenit. Jacet autem univerſa Judaea, ſeu Terra Sancta, ut vocant, *Fl. Joſephus* Lib. XI. Antiquit. Cap. V. *Tacitus* [Lib. V. Hiſt. Cap. VI.] *Wolfgangus Lazius* in Reipub. Rom. Comment. *Plinius* Lib. V. Cap. XIV. *Tyrius* Lib. VIII. Cap. IV. inter *mediterraneum*, et *montes Arabiae*. Ptolemaeus Lib. VII. Cap. XVI. limites illi dat a *ſeptentrione* Syriam, ab *oriente*, et *meridie* Arabiam petraeam, ab *occidente* Aegyptum. *Adrichomius* paulo aliter, videlicet: ad *ortum* Syriam, et Arabiam locat, ad *meridiem* ſolitudinem Phariam, et Aegyptum, ad *ſeptentrionem* Libanum montem, ad *occaſum* mare. *Maginus* paulo aliter, et ad *ſeptentrionem* Phoeniciam ponit, inter *ſeptentrionem*, et *orientem* Libanum, inter *meridiem*, et *ortum*, Arabiam, ad *meridiem* mare: extenditur autem in longitudinem ab auſtro in Arcton a gradu 31. in gradum 33. et amplius. Univerſa *longitudo* 120. milliaria Italica, *latitudo* 60. Exactiſſima diviſio in Sacris Literis Joſuae a Capite XIII. uſque ad Caput XXI. Fuere enim *duodecim provinciae totidem tribubus convenientes*; ut aeneis tabulis deſcribunt Morus, Stella, Arias Motanus, et alii. Sunt etiam, qui *civitates* unicuique tribui ſuas adſignent hoc pacto, in *Aſer*, Achſaph, Sidon, Tyrus. In *Benjamin*, Bethel, Gabaa, Hieruſalem, Hiericho. In *Dan*, Lachis, Accaron, Gath. In *Ephraim*, Gazar, Samaria, Sa-

mare uſque ad Syriae limitem: in has praecipue regiones diſtincta (20), Judaeam ſcilicet, Galilaeam, Samariam, et Idumaeam. Duo in ea nobiles portus Jannetorum (21), et Gazeon

Saron, Taphna. In *Gad*, Rabba. In *Iſachar*, Aphece. In *Juda*, Arad, Bezec, Eglon, Hebron, Ledna, Maceda, Odolla, Taphna. In *Manaſſe* 1. Dor, Galgal, Jezraël, Mageddo, Tanac, Therſa. In *Manaſſe* 2. Aſtaroth, Edrai, Geſſur, Machati, Soba, Theman, Damaſcus. In *Nephtalim*, Aſor, Cedes, Emath. In *Ruben*, Heskbon, Madian, Petra. In *Simeon*, Dabir, Gerara. In *Zebulon*, Jeconan, Semeron: non quidem quod non aliae ſint eo tractu civitates, ſed quod iſtae ſint *praecipuae*, et veluti *regiae tribubus ſedes*. De *moribus* populi, Rutilius Numatianus Gallus Lib. I. Itinerarii cultiſſime vs. 383 ſeqq.

(20) IN REGIONES DISTINCTA. Aliter Joſephus, qui *Paleſtinam* in *tres* regiones ſecat, loco ſuperius laudato, *Samariam*, *Judaeam*: alii etiam diverſa ratione pro aetate ſcribentium.

(21) JANNETORUM. Dictio haec in Noſtro, ut plurima alia, corruptiſſima eſt: reſcribe *Jamnetorum*, nam *Ιαμνια Iamna* apud Stephanum, [pag. 207.] ut, et *Jamneia*, urbs eſt, et portus. *Jamnes* Plinio [Lib. V. Cap. XIII]. *Jamnia* in Sacris Literis, ut Divo Hieronymo placet ad Lib. II. Paralip. Cap. XXVI *Jabna* LXX. Interpretibus. *Liamnia* corruptiſſime in *Itinerario Scoti*, quod falſo, Antonino adſcribunt. *Zania*, ſive et *Caſtrum Bere-*

zeon (22) in primis fuerunt, et infraſcriptae urbes maritimae, quae praecipuae habebantur Stratonis, Caeſarea, Apollonia, Azotus, Joppe, Aſchalon, Gaza, Dora, et Antedon. Eam Jordanis (23) interfluit amnis, latus alveo, atque altus, et quodam loco in Aſphaltidem undas trahens, lacum bituminis copia celebrem, a quo poſtremo ebibitus, aquas laudatas, et ſalubres perdit, peſtilentibus mixtas,

roaldi, ut Maſius prodit, cumque Alii ſecuti.

(22) GAZEON. Hoc quoque corruptum, reponendum *Gazaeorum navale* ſcilicet, authore *Ptolemaeo*, XX. milliaribus Gaza diſtans Μαιυμα *Maiuma* dictum. *Conſtantia*, ob fidem a Conſtantino Auguſto ſuſceptam; ſed nomen, et jus civitatis illi Julianus Parabates abſtulit, et *Gazae Portum* vocari juſſit. *Nicephorus Calliſt.* Lib. VIII. Hiſt. Eccleſiaſt. Cap. XXXIII. Lib. X. Cap. IV. *Sozomenus* Lib. V. Cap. III. Meminit *D. Hieronymus* vita D. Hilarionis. *Concilium Epheſinum* III. Et de *Gaza* urbe dixi Comment. in *Corippum Africanum* Lib. III. *Aur. Caſſiodorus* Lib. .. Epiſtola ..

(23) JORDANIS. Ex fontis nomine, et declivi decurſu ſic dictus, *Arias Montanus*; quaſi dicas, *deſcendens e Dan*, ait Andraeas Maſius ad Cap. I. Joſues, eademque in Talmude. *Ab Jeruſalem ſtadiis fere XXX. ut putant, ſejungitur*, Baldricus pag. 131. *Ad radices Libani ortus*, Vitriac. Cap. LIII. Omnium optime deſcribunt *Plinius* Lib. V. Cap. XV.

Fl.

tas, et, ubi convallium ſit occaſio, ex Aſphaltide fluens, lacum conficit, quem aliqui Aram, nonnulli Taraceam vocaverunt, latitudinis ſex milium paſſuum, ſexdecim longitudinis, et eum amoena oppida, et aquae nobiles circumſepiunt. Ab oriente Julias, et Hippo, a meridie Taracea, ab occaſu Tyberiadis aquis calidis ſaluberrima, ab occidente Macherus arx Judaeae, ac fons calidus Calliroë appellatus. Aſphaltidem vero nil ferunt gignere, praeter bitumen, nilque in eo protinus mergi, longitudine paſſuum millia centum explere, latitudine maxima ſeptuaginta quinque, minima ſex. Regio, quae Judaea proprie dicebatur, a Jordane uſque Joppem, et ex vico Sarſaxo dicto, ad Juliadam uſque urbem, itemque Tyberiadis lacum latitudine tendebatur. Longitudine autem uſque ad Ptholomaidam, in plures toparchias diviſa, Emorinem ſcilicet, ubi civitas Hieroſolyma fuit, caeteris inter accolas eminens, Coſnam, Hiericontem, palmetis conſitam, fontibuſque irriguam, Atrabatam, Tannam, Ligdom, Joppicam, Atrameam, Pellam, Ingaddam, Betholem, Zoſaniticam, Gaulanitem, Gamaliticam, Bataneam, Trachonitidem, Herodium,

Fl. Joſephus Lib. III. Belli Judaici Cap. XVIII. *Hegeſippus* Lib. IV. Cap. XV. *Jordanus* eſt *Pauſania*

um, urbes vero in ea praecipuae infraſcriptae fuerunt. Hieroſolymae, Zafira, Gaza, Lamia, Ligda, Rama, Antipatris, Druſia, Sabaſte, Bectogobram, Sebuns, Emaus poſtea dicta, Nicopolis, Cufna, Archelais, Faſelis, Hiericus, Thamia, Beddora, Hengadola, Thamaron, quae ſunt a parte occidentali Jordanis. Ab orientali ſunt hae, Coſmos, Libia, Calliore, Gazorus, Epiceron: ab eadem parte regio Idumaea has praecipuas habuit urbes Berzamam, Caparorſam, Gematurim, Eleuſam, Maſſam, Gallim. Samaria regio, Judaeam inter, Galilaeamque ſita, a vico incipiens, Gename dicto, in Atrabatham deſinit, Toparchiam, Temnam, atque Neapolim nobiles civitates habens. Galilaea ſuperior, et inferior a ſeptentrione Phoenicem provinciam ſpectat: ab occidente Ptholomaidam, et Carmelum montem: a meridie Scitopolim, Samariamque: ab oriente Joppem, et Sadaram. Inferior Galilaea ex Tyria uſque Zabulon longitudine tendebatur. Latitudine vero ex vico Saloët, uſque ad Berſabem. Alterius longitudo a Talla, vico Jordani proximo, ad Herodium oppidum trahitur, latitudine vero ex

ſaniae in Eliacis, [pag. in *Lucania*, Caſſiodorus 391.] niſi error ibi. Et Lib. VIII. Variarum E*alius* eodem nomine amnis piſt. ultima.

Berſabe uſque ad Bacha vicum patet, qui terram dirimit Tyriorum. Urbes in eis multae fuerunt, et hae in primis nobilitate inſignes, Julias, Aſſura, Çaparcotia, Nazaret, Zabulon, Jotapatta, Seſſolis, Aſamon, Berſabe, Peloim, Caphareton, Tarichea, Gabala, Giſcala. Sed ex his non paucae urbibus deſertae, aut disjectae fuerant, quum Chriſtiani Judaeam armis repetiverunt; plurimae quoque vetus nomen prorſus amiſerunt.

Ergo, ut proſequar inſtitutum, duces hanc ingreſſi provinciam, poſtquam Caeſaream pervenere, caſtris poſitis prope urbem, ubi paluſtris erat aqua, dies complures quieverunt, ſacris ſolemnibus celebrantes diem, in quo Chriſti olim Apoſtoli (24) Sanctum Spiritum acceperunt. Deinde, Joppem (25) a dextera relin-

24) SANCTUM SPIRITUM ACCEPERUNT. Omnes Pentecoſten ibi pie celebratam ſcribant, vide locis ſupra in *Pyrgus* laudatis [Num XVIII.[

(25) JOPPEN RELINQUENTES. Italis: Franciſque eſt *Zaffo* hodie, ut et *Jaffo*, et barbaris accolis *Arſufo*, cui admirabilem antiquitatis praerogativam tribuunt *Pomponius Mela* Lib. I. Cap. XI. et *Plinius* Lib. V. Cap. XIII. quod ante diluvium Cepheus ibi regnarit, idque probent altaria vetuſtiſſima Phineo fratri illius inſcripta; oſtentant etiam immanes monſtri marini reliquias, a quo Perſeus liberavit Andromedam. Noſtri belli ſcriptores: *Robertus*

linquentes, Jaſam a barbaris appellatam, profecti ſunt ad urbem Ligdam (26), in qua divi Georgii tumulus erat, ſuperque illo templum nobile a caeſare quondam Juſtiniano aedificatum, qua occupata, cum audiſſent, civitatem praeclaram haud longe inde abeſſe, Ramam ab incolis regionis dictam, in qua longa pax, et rerum copia luxum, deſidiamque non vires ad bellum aluerat, Flandriae regulum ad eam oppugnandam miſerunt, nec ſitu, neque opera ſatis munitam. Id non latuit oppidanos, quibus praemiſſi exploratores conſilium hoſtium patefecerant. Itaque nocte antecedenti cum conjugibus, liberiſque, ac magna parte rerum ſuarum ad proximos montes con-

bertus Monachus Lib. *IX.* princ. [pag. 74.] *Naves eorum onuſtae ad portum Japhiae venerunt.* Baldricus pag. 131. *Nuntiatum eſt in caſtris naves Chriſtianorum onerarias in portu Japhi, quam antiquo vocabulo Joppe dictam putamus, appuliſſe.* Raimundus de Agiles pag. 175. *Eſt autem Joppe civitas deſtructa, praeter caſtellum; et illud etiam ſatis diſſipatum, praeter unam turrim; ſed eſt ibi portus, et prope eſt Jeruſalem, itinere diei unius: ibi eſt mare propius Jeruſalem.* Tyrius Lib. *VIII.* Cap. *IX.* Solinus Polyhiſt. Cap. *XXXIX.* D. Hieronymus Epitaphio S. Paulae. *Immediate ſubeſt Priori, et Canonicis Dominici ſepulcbri* Vitriacus Cap *LVIII.*

(26) URBEM LIGDAM. Deſcribit hodaepo-

fugerunt. Igitur Galli, apertas portas videntes, et muros propugnantibus vacuos, ingreſſi ſunt celeritet urbem, domoſque omnes, et abdita

poricon iſtud conſenſus authorum omnium, qui hoc bellum deſcribendum praeſumpſerunt: *Sanutus* [Lib. III. Parte V.] Cap. VII. *Inde recedentes dimiſerunt Japham a dextris, et pervenerunt Lidam. Audientes vero illi, quod propinqua eſſet nobilis civitas Rama, tranſmiſerunt comitem Flandriae, qui eam reperit hominibus vacuam, ſed victualibus plenam.* Sed fons hujus hiſtoriae, et omnis hujus expeditionis veritas Tyrius [Lib. VII.] Cap. XXII, *Relictis a dextra locis maritimis, Antipatrida, et Joppe, per late patentem planiciem Eleutheriam pertranſeuntes, Liddam, quae eſt Dioſpolis, ubi et egregii martyris Georgii glorioſum uſque hodie ſepulchrum oſtenditur, in quo ſecundum exteriorem hominem in Domino creditur requieſcere, pervenerunt, cujus eccleſiam, quam ad honorem ejuſdem martyris, pius, et orthodoxus princeps Romanorum Auguſtus, illuſtris memoriae dominus Juſtinianus multo ſtudio, et devotione prompta aedificari praeceperat. Pius* autem non modo ob reſtitutam eccleſiae pacem, devictos, et ad fidei profeſſionem compulſos barbaros, leges ſancitas, ut in confirmatione ad Pandectas, et alibi habetur; ſed etiam ob praeclara aedificia, templaque reparata, aut conſtructa, late exſequitur *Procopius*, et *Corippus* noſter Lib. II. num. 4.

Signa triumphorum pie
Juſtiniane tuorum.

Lib.

dita quaeque perſcrutati praeda ingenti potiuntur, et magna in primis rerum copia, pro alendo exercitu neceſſaria. Quod ubi reliquis fuit

Lib. IV. num. 4. Idem:

Romanum princeps cum Juſtinianus haberet
Imperium, Chriſtoque vovens ſua vota dicarat
Mens auguſta, reor, jam non ignara futuri,
Aut magis ignarum recto Deus ordine ducit
Ante futurorum, quae ſunt arcana bonorum
Auſpiciis ſacrare piis.

Quae hic *Ligda* dicitur, Tyrio eſt *Lidda* ſupra. Aliis vero Λύδδα *Lydda* Ptolemaeo. Vel *Lyda*, ut in Vulgata Bibliorum verſione Lib. I. *Machab.* Cap. XI. [vs. 34.] *Fl. Joſephus* Lib. XX. Antiquitat. [Cap. V.] *S. Georgio* vulgo, ut ait *Jodocus a Meggen.* Falſo *Caſtaldus* putat eſſe *Ramam*, cum ſint duae urbes diverſae, ut noſtri hi auctores probant. *Dioſpolis* etiam vocatur, ut ex *Tyrio* notum, et *Stephanus Byzantinus* conſentit. Inter Aſcalonem, et Caeſaream ponit *Itinerarium Scoti*, falſo Antonino adſcriptum: vide *Theodoretum.* Ramam ab incolis dictam: *Anonymus Geſt. Francor.* pag. 26. *Venimus ad urbem Ramolam, quam Saraceni dimiſerant vacuam propter metum Francorum, juxta quam erat honorabilis eccleſia, in qua requievit pretioſiſſimum S. Georgii corpus.* Robertus Monachus ad finem Lib. VII. [pag. 73.] totidem verbis. *Baldricus* pag. 130. eadem, addens, a paganis ibi eum martyrio affectum; ſed *Ramulam* vo-

fuit notum; qui in caſtris remanſerant, mox univerſi ad urbem captam contenderunt. Ibi pau-

vocat, ut et *Fulcherius Carnotenſis* Cap. XVII. et *Incertus* Geſt. Franc. Expugn. Hieruſalem Cap. XXII. [pag. 572.] et *Tyrius* loco laudato, et fuſius Lib. X. Cap. XVII. Concors *Raimundus de Agiles* pag. 173. niſi quod *Ramulas* habet. Guibertus Abbas Lib. VII. Cap. I. *Ramathan*. Cardinalis Vitriacus Cap. XXII. *Ramulam etiam quae a quibuſdam Ramatha dicitur in campeſtribus ſitam. Civitatem quondam nobilem, et populoſam, et muro valido circumdatam, et turribus excelſis munitam* Sacrae Literae celebrant, *Joſue* Cap. XVIII. et XIX. *Horma* eſt D. Hieronymo, *Ramma*, *Remle*, *Rammula* Turcis Leunclavio teſte. Andreas Maſius putat dictam *Sareptam*. Ortelius ait *Aſtorgam* olim dictam. Albertus [Lib. VI.] Cap. XLII. *Rames*. Et quia omnes iſti conſtanter urbem hanc *D. Georgio* ſacram, ejuſque inibi memoriam, et glorioſum corpus repoſitum aſſeverant, aliquod de ſacratiſſimo Chriſti milite videtur delibandum. Et *Huntindonienſis* non alio nomine, quam *S. Georgii Ramam* appellat Lib. VII. Malmesb. Lib. IV. *Ramula eſt civitatula muro indiga, beati Georgii, ſi famae credimus, martyrii conſcia.* Dubitatum a nonnullis de veritate hujus paſſionis, et ſymbolicam non hiſtoricam auſi ſunt comminiſci eſſe, in his *Samuel Purchaſius* Lib. III. Cap. XIII. et damnatae memoriae *Rainoldus Anglus* Lib. I. Cap. V. *Spenſerium*, ex eadem gente illuſtrem Poëtam, falſo ad ſe trahentes: ratio du-

paucos dies morati, atque urbi praeſule con-

dubii duplex: et quia ridiculas, et plane impias fabulas Turci de ſancto illo Dei famulo excogitarunt, ut apud *Busbequium* Epiſt. I. poteſt videri; vel quia Acta martyrii illius anilibus deliramentis ſunt reſperſa; imo et a S. Gelaſio Pontifice *apocrypha* denuntiata, ut ex Compilatione *Gratiani Monachi* patet, Diſt. XV. [Cap. III.] de Sancta Romana Eccleſia [pag. 57.] Ea tamen exſtant apud *Jacobum de Voragine*, in Legenda Aurea, *Petrum epiſcopum Equilinenſem* Lib. IV. Catalogi Cap. LXXXI. *Aloiſium Lipoman.* Tom. VII. pag. 123. Auctores ſunt *Simeon Metaphraſtes*, et *Paſicrates* ſervus S. Georgii; ſed cum cautela ſunt legenda, ut in Cenſura *Joannes ab Heſſels* Theologi plene Illuſtriſſ. *Bellarminus* de Eccleſ. Tri. Lib. I. Cap. XX. Quaedam *vera*, et non ſymbolica miracula illlus refert *S. Gregorius Turonenſis* Lib. I. Miraculor. Cap. CI. Praeclare *Uſuardus* Martyrologio, et alii Hagiologi. Die XXIII aprilis, quem ei ſancta Romana Eccleſia ſacravit. In Perſide, civitate Dioſpoli *paſſio S. Georgii martyris*, cujus geſta paſſionis etſi inter apocryphas connumerentur ſcripturas, tamen illuſtriſſimum ejus martyrium inter coronas martyrum eccleſia Dei venerabiliter honorat. *Baptiſta Mantuanus* Lib. IV. Faſtor. *Fortunatus Venantius* Lib. II. *D. Ambroſius* libro Praefationum, qui periit, apud Georgium Wicelium. *Vandelbertus Prumienſis*:

Hac etiam invicto mundum qui ſanguine temnis
Infinita refers Georgi Sancte trophaea.

ſtituto, qui Robertus dicebatur, genere Gallus (27), vir doctrina, et moribus praeſtans, relictoque praeſidio valido, ne deſertam caperent hoſtes, ad Nicopolim iter vertunt, oppidum quondam Emaus dictum (28), in quo ſacrae perhibent literae, Chriſtum, a mortuis revocatum, ſe duobus manifeſtaſſe, qui diſcipuli ejus fuerant: ibi parumper quieſcentibus noſtris, nuntii a Bethleëm propinqua urbe venerunt, puerperio divae virginis celebri, ſe a Chri-

(27) GENERE GALLUS. Sive quod idem eſt, *Normannus* de epiſcopatu Rothomagenſi. *Tyrius* [Lib.] VII. Cap. XVII. fin.

(28) EMAUS DICTUM. Conſentiunt alii. *Alberto* [Lib. VI.] Cap. XLIII. *Emmaus* eſt, ut et *Ptolemaeo* Εμμαους, et *Joſepho* Lib. XVII. Antiquit. Cap. XII. Sed *Noſter*, ut ſolet, a *Tyrio* pleraque mutuatus [Lib. VII.] Cap. XXIV. *Eſt autem Nicopolis civitas Paleſtinae; hanc dum vicus adhuc eſſet, ſacer Euangeliorum Liber, appellavit Emaus, Beatuſque Lucas euangeliſta hanc dicit ab Hieroſolymis ſtadiis diſtare ſexaginta:* quod repetit *Incertus* auctor Geſt. Franc. Expugn. Hieroſ. pag. 572. Deinde *antiquitatem* verbis Sozomeni, et Hiſtoria Tripartita deſcribit. Hanc Romani poſt vaſtationem Hieroſolymorum, Judaeaeque, *Victoriam, ſive Nicopolim*, ex eventu victoriae vocaverunt. *Locum* illum vero Salvatoris noſtri apparitio ſanctificat: ibidem loci *Vitriacus* Cap. LXIII. [pag. 1081.] Iter Lidda eo eſt trium dierum, *Sanutus* [Lib. III. Parte V.] Cap.

Chriſtianis miſſos (29) dicentes, qui in ea degebant, ut praeſidium peterent, quo imminenti malo eriperentur. Nam finitimos barbaros multos armatos coëgiſſe, ut cum illis Hieroſolymas pergant. Ideo Chriſtianos timere, ne ipſi, prope Bethleëm tranſituri, templa omnia Chriſtianae religionis evertant. Ideoque cupere illos, ut eo duces mitterent copias, quae, occupata propere urbe, nullius armis cuſtodita, vim hoſtium propulſarent; ergo ipſos duces orare, ut prorſus voti compotes faciant, nec ea, ſinant, dirui templa, quae ut viderent, ac ſervarent, maximum iter confecerunt. Vera hos dicere, duces rati, proxima nocte ire Tancredum, et multos equites ſecum jubent, occupataque urbe, illam tueri, ſi quid barbari molirentur, qui ſilentio noctis moventes, nondum luce ſatis certa, cum ad moenia civitatis veniſſent, intromiſſi a Chriſtianis, nemine repugnante illam capiunt. Mox profecti ad ſacras aedes prae gau-

Cap. VII. Meminit *Sigebertus Gemblacenſis* Chronico ad Annum CCCXCVI. Hodie eſt *Nicopol*, ut cuidam recentiori placet, et Arabibus *Gotz*. Rawolfius.

(29) A CHRISTIANIS MISSOS. Hanc Bethleëmitarum quereiam, et ſuppetias iis praeſtitas Alii iisdem pene verbis ſcribunt. *Tyrius* [Lib. VII.] Cap. XXIV. *Albertus* [Lib. VI.] Cap. XLIV. Variat *Inser-*

dio lachrimas emittebant, locum cernentes, in quo ſacrae virginis partu ſalus orbi tradita eſt, quem videre, et oſculari tantopere cupierant.

Dum haec a noſtris geruntur, qui erant Hieroſolymis, hoſtes tela, machinas, omnis generis tormenta plurima intus advexerant, magnam inſuper vim frumenti, aliarumque rerum, ut ferre poſſent obſidionem, turres, muroſque vetuſtate, aut bellis collapſos reſtituerant, et ex tota Judaea omnes acciverant, quos meliores bello arbitrabantur, haud ignari, celeriter noſtros ad oppugnandam urbem venturos: fontes inſuper prope illam, aut puteos, quamquam rari admodum erant, omnes obſtruxerant, ut Chriſtiani aquae penuria inde abire cogerentur. Urbi enim proxima regio, rivis, atque amnibus carens, necnon paluſtribus aquis, aeſtivo tempore maxime inops aquarum erat. Intus autem multi erant putei veteres, ad aquam de coelo excipiendam facti, fontes quoque artificum opera in urbem ducti. Chriſtiani omnes, praeter pueros, foeminaſque, inde abire juſſi ſunt, qui, ut vitam redimerent, quam eripere barbari minabantur, et liberos, conjugeſque ſervarent, nec non templa

certus loco ſupra laudato; nec lectorem remoraturum. ſed parvum illud diſſidium,

pla ſuae religionis vix a ruina vindicata, magnam vim auri perſolverunt. Haec enixius agebantur a barbaris, quia hoſtes tot rebus geſtis claros timentes, congredi proelio non audebant, ſatis etiam eſſe rati, quoad majores copiae adventarent a rege Aegyptio tranſmittendae, ſi urbem ipſam tuerentur, et ea erat regis mens, quam literis nuper aperuerat, ſuos hortatus, ne deficerent animo, ſed fortiter ferrent obſidionem, et oppidis circumſtantibus praeſidia miniſtrarent.

Dum prope Emaus noſtri erant, ipſum Tancredum praeſtolantes, quem ad Bethleëm miſerant occupandam, Gallus quidam (30) genere, homo non mediocriter bello praeſtans, clam nocte caſtra egreſſus, Hieroſolymas verſus perrexit, equites centum ſecum ducens, et parem fere numerum peditum, qui occulto confidens loco, poſtquam urbi appropinquavit, occaſionem praedae agendae exſpectabat.

Et, luce exorta, cum vidiſſet magnos ſimul pecudum greges, ad eos capiendos contendit, et, caeſis paſtoribus, aut fugatis, beſtias prae ſe agens, ad ſuos revertebatur. Sed clamor agreſtium, qui in urbe refugerant, ita commovit oppidanos, ut multi ex iis, armis arreptis,

 con-

(30) GALLUS QUIDAM. *Audaciam Gallorum*, et praecipites animos, inauditaque facinora

contra hoſtem exirent. Quos venire Galli conſpicientes, longe numero ipſis praeſtantes, jamque ad pugnam expediti, praeda relicta, aufugerunt, nec multum progreſſi, caſu obvium habuere Tancredum cum parte illorum, quos ad Bethleëm duxerat, via tranſverſa redeuntem, reliquis pro tuenda urbe relictis.

Qui rogatus, ut praedam amiſſam recuperaret, ad inſequendum hoſtem ſe vertit, eumque non procul repertum, celeriter commiſſo praelio, ſuperat, fuſum vero noluit perſequi, ne, ſi propius urbem accederet, feſſi homines, atque equi a barbaris demum opprimerentur. Ergo, ſigno receptui dato, cum parta praeda ſuos incolumes in caſtra reduxit, laeti omnibus, quaſi omen majoris felicitatis eo initio accepiſſent, et accenſi animi milites ad Hieroſo-

ra nuper *Cl. Mainardus* J. C. ac Legum Pictonibus profeſſor in Parricidio Diſquiſito multa eruditione congeſſit. Is vero, qui hic deſignatur, eſt *Gaſtus de civitate Berdeiz*, qui *XXX.* equitibus comitatus primas praedas egit, et mira alacritate caſtra Chriſtianorum complevit, priuſquam urbem ipſam ſubiiſſet. *Albertus* [Lib *V.*] Cap. *XLV. Gaſtus Biterrenſis* eſt Tyrio [Lib. *VII.*] Cap. *XXV.* qui in *numero*, contra Benedictum noſtrum, cum Aquenſi convenit; ſed *praedam* a Gaſto ſemel ereptam, a Tancredo cum 100. equitibus ſupervenientem recuperatam, et in caſtra deductam prodit.

ſolymas obſidendas eundem clamabant. Ideo duces, motis caſtris, ad eam ſunt profecti urbem, vetuſtate, ac fama rerum geſtarum, privatis quondam, et publicis aedificiis, vel fortunae varietate, ſeu regum ſplendore, qui eam inhabitarent, et in primis Chriſti hoſpitio maxime celebrem, quam fuiſſe olim clariſſimam totius fere urbium orientis, quidam tradunt rerum ſcriptores, non modo Judaei, ſed qui ex Italis maxime floruerunt. Urbem hanc (31) Salem ab initio dictam ferunt; deinde Je-

(31) URBEM HANC. Ex *D. Hieronymo* ad verbum Epiſt. CXXIX. *Malmesburienſis* Lib. IV. pag. 79. a Melchizedech *Salem*, a Jebuſeis *Jebus*, a Salomone *Hieroſolymam* vocatam quis neſcit? *Fl. Joſephus* ſibi pugnans, et linguae Hebraicae imperitus, ut notant *Joſephus Scaliger*, et *Andreas Maſius* ad Cap. X. Joſues: tu vide eum Lib. VII. belli Judaici Cap. XVII. et Lib. VII. Antiquit. Cap. III. *Arias Montanus* in Nehemias, et Antiquitatibus Judaicis plene ſatisfacit. *Robertus Monachus* Lib. IX. in fine pleniſſime: Melchiſedech filius Noae poſt diluvium condidit, et *Salem* appellavit. Jebuſei poſtea tenuerunt, et R. pro B. mutato *Jeruſalem* dixere; a Salomone *Jheroſolyma* dicta; a Poëtis *Solyma* corrupte; a Prophetis *Sion.* Vitriacus Cardinalis Cap. LV. *Eſt autem Hieruſalem civitas civitatum, ſancta ſanctarum, domina gentium, princeps provinciarum, ſpeciali praerogativa, civitas Regis dicta; et quaſi in centro mun-*

Jebum prius, quam David rex eam amplificatam caput regni conſtituiſſet. Is, continue ibi reſidens, Hieruſalem urbi dedit nomen. Sed ejus poſteri, nationeſque aliae Hieroſolymas eam frequentius appellarunt, quam Romanis armis exciſam, cum Adrianus denuo condidiſſet, Eliam dici (32) demum juſſit: po-

mundi, in medio terrae ſita, ut ad eam confluerent omnes gentes; poſſeſſio Patriarcharum, alumna Prophetarum, doctrix Apoſtolorum, ſalutis noſtrae cunabula; Domini patria, mater fidei, ſicut Roma mater eſt fidelium; a Deo praeëlecta, et ſanctificata, in qua ſteterunt pedes Ejus; ab angelis honorata, et ab omni natione, quae ſub coelo eſt, frequentata . . . in monte eminenti conſtituta Tyrius Lib. VIII Cap. I. II. III. IV. Et, ſi ad manum eſſet *Joannes de Mandeville* Anglus, qui Orientem XXXII annis luſtravit, ſub Annum MCCCLXX, et de *Locis Terrae Sanctae* ſcripſit, poſſent indubie rarae obſervationis quaedam deſumi; ſed nec illius Opera, quae MSS. ſunt Cantabrigiae in collegio Sancti Benedicti, et in regia Londini bibliotheca ad D. Jacobi, inter Baronis Lumlei codices; nec alii quos publicavit *Henricus Caniſius* Tom. VI. pag. 1422. ſunt ad manum.

(32) ELIAM DICI. Tyrius [Lib. VIII.] Cap. II. *Titus Veſpaſiani filius Romanorum princeps magnificus obſedit* (Hieruſalem), *obſeſſam expugnavit, et expugnatam dejecit funditus.... Hanc eandem poſtea Aelius Hadrianus quartus ab eo* (Tito) *Romanorum Auguſtus reparavit; unde et ab eodem dicta eſt Aelia.* Hiſto-

poſtea Capitoliam (33) quidam referunt appellatam, cito tamen ejuſmodi nomina cum vetus frequentaretur, prorſus obſoleverunt. For-

S s ma

Hiſtoriam habes apud *Dionem Coccejanum*, et in *Concilio Nicaeno* epiſcopus *Aeliae* ab omnibus honorari jubetur. Imo, et **Αιλια Καπιτωλια**, *Aelia Capitolia*, Ptolemaei aevo audiebat, ut ipſe refert; ſed, quo anno Hadriani vetus nomen reſtaurata amiſerit, diſſident ſcriptores, *Marianus Scotus* Anno CXLIV. *Chronicon Euſebii* Anno CXXXVII. *ſeptennio* prius id actum vult, cujus verba D. Hieronymo interprete haec ſunt: *Aelia ab Aelio Hadriano condita, et in fronte ejus portae, qua Bethlehem egredimur, ſus ſculptus in marmore prominens, ſignificans Romanae poteſtati ſubjacere Judaeos: nonnulli a Tito Aelio Veſpaſiani filio exſtructam arbitrantur.* Sed aliam nos poſiti in limine portae *ſuis* rationem dedimus in Hiſtoria noſtra Naturali Quadrupedum, quae Bononiae prodiit pag. 661. *Q. Florens Tertullianus* Apologetico fin. Marmori *ſuem* inſculpi fecit, et portae affigi, quae Bethlem ducebat, ut execrandum, dirumque animal honoratum Judaei acrius ferrent, obſervat *Petrus Pithoeus* Lib. II. Subcivor. Cap. III. aut ut populo ſuperſtitioſo illis janitoribus aditum omnem intercluderet, *Samuel Purchaſ.* Lib. II. Peregrinat. Cap. X. Idem in Chronico conſulari narrat *Aurelius Caſſiodorus.*

(33) CAPITOLIAM. Aut *Capitolinam*, ut ſupra. Prioris teſtis eſt *Scotus* in Itinerario; poſterioris *S. Hieronymus* Epiſt. CXXIX. et in Cap. V. Ezechielis: licet *Capitolias* Epiſcopus in-

ma prius dirutae (34) longe amplior, et nobilior fuit, publicis aedificiis, privatiſque mirum in

inter autocephalos, ſeu ſuffraganeos patriarchae Hieroſolymitani, et ob id *diſtinctam* ea aetas urbem cenſebat. *Notitia* Epiſcopatuum Orientis, et *Tyrius*, et *Aubertus Miraeus* Geograph. Eccleſiaſt. *Petrus Laicſtain* in ſua Palaeſtina, hoc nomen hodie adhuc manere affirmat. Plura apud *Bellonium* Lib. II. Obſervation. Cap. LXXXIII. Alia quoque ejus nomina apud *Ortelium* (Theſ. Geogr.) *Argarizis* ex Eupolemone Lib. IX. Cap. IV. Praeparat. Euangel. Euſebius. *Zedek* Maſius ad Joſuam. Vulgo a Turcis *Cuzumobarech* Nicolaus Nicolajus in Obſervat. Orientalib. *Ludovicus Marmolius* in Africa ſua *Codſbarich*: eodem ſenſu habent *Thevetus*, et *Pinetus*, qui etiam eam a Turcis *Lecouſt* dici addit, et utrumque *urbem ſacram* lingua Turcica ſignificare aſſerit. *Coz* Joſepho Barbaro eſt, *Godz* Thomae Minadojo, *Chutz* Incolis, *Kurzitadona* Saracenis, Rawolfio *Pepuza* ab haereticis, Harmenopolo. *Tymium* a Montano haeretico, Haymoni. Denique alia apud alios. *Annius Viterbienſis* inſulſiſſimus eſt cum ſuo *Beroſo* ſuppoſititio, qui eam *quadriurbem*, ſive *tetrapolim*, factam, ex *Salem*, *Jebus*, *Sion*, et *Moria*, ſcribit. pag. 31. Errat et *Joannes Heroldus* in Sacri Belli Continuatione, cujus indoctiſſimum diſtichon adpoſui, quia aliis citatum:

Solyma, Luza, Bethel, Hieroſolyma, Jebus, Elia,
Urbs ſacra, Jeruſalem, dicitur atque Salem.

(34) PRIUS DIRUTAE. De *veteri* urbe, praeter lauda-

in modum exornata, in qua templum unicum fuit ab Herode Antipatri conditum, quo nullum

datos, *Juſtinus* Lib. XXVI. Cap. III. *Strabo* Amaſianus Lib. XVI. [Tom. II. pag. 1106.] late. De *nova* Bernardus *Bridenbach, Brocardus* vel *Berchardus, B. de Saliniaco.* Varia illius ſaecula, et utriuſque fortunae aſſultus alii fuſe narrarunt; ego indicabo. *Nabuchodonoſor* primus urbem expugnatam deformavit; [2 Reg. XXV.] Robertus Monachus, Malmesburienſis et Alii locis laudatis. *Alexander Macedo* urbem eam victor intravit, late Q. Curtius Rufus, et Arrianus Nicodemienſis. Mirabile ejus principis ſomnium apud *Fl. Joſephum* de Jaddo ſacerdote [Lib. XI. Cap. VIII. §. 5]. Tum *Antiochus* cognomento Magnus filius Callinici imperio ſuo avito addidit Babyloniam, Aegyptum, Judaeam, et, turpi, probroſoque cum Romanis facto foedere, clauſit Tauro monte regnum ſuum: dixi ad illud *Claudiani* abunde Lib. I. [vs. 216] in Eutrop.

Reſtitit Antiochus praeſcripto margine Tauri.

Ptolemaeus (Lagi filius) tum victor urbem, nullo repugnante, die Sabbathi intravit, *Purchaſius.* Lib. II. Peregrinat. Cap. V. *Pompeji* inſignis de hac urbe victoria *Plutarchi*, *Plinii*, et aliorum ſcriptis celebratur. D. *Auguſtinus* Lib. XVIII. Cap. XLV. *Otto Friſingenſis* Lib. II. Cap. XLVI. Lib. III. Cap. XIV. *Hegeſippus* Lib. V. Cap. XLVI. *Rutilius Numutianus* Lib. I. Itiner. [vs. 395.]

Atque utinam nunquam Judaea ſubacta fuiſſet,
Pompeji bellis, imperioque Titi.

Lu-

-lum fuiſſe in orbe praeſtantius, quidam literis tradiderunt. Ejus ambitus trinis muris circundatae, niſi qua intererant valles, triginta, et trium ſtadiorum fuit. Quo quidem tempore locus calvariae Chriſti morte celebris factus, et ejus ſepulchrum extra urbis moenia erant. Ea vero, quam noſtri expugnaverunt, uſque ad hanc manens aetatem, ambitum trium millium

Lucan. Lib. II. Pharſal. vs. 592.

Cappadoces mea ſigna timent, et dedita ſacris

Incerti Judaea Dei.

Petrus Apollonius Collatius Lib. I. Excidii Hieroſolymit.

Magnus et hanc domuit, templique in limina victor

Irruit, hicque ſuos juſſit ſtabulare jugales.

Veſpaſiani deinde res geſtae praeclarae fuerunt, ſed *Titi filii* illuſtriores, qui gentem domuit, templum ſuccendit, civitates pene omnes deformavit, ut, praeter *Tacitum*, et *Suetonium*, *Plutarchum*, et *Dionem*, ſeptem libris *Flavius Joſephus*, et quatuor Idem *Collatius Novarienſis* presbyter ante Annos DCCC. ſcriptum reliquere; ut et *Hegeſippus*, cujus aetas etſi ſuſpecta ſit, tamen hiſtoria proba eſt, et fides recepta: alii ſparſim, in his *Conſtantinus Manaſſes* pag. 55. Latinae verſionis, templum deleturus flevit, quod ſe videret (ait Latinus Interpres *Michaëly Glycae* pag. 334. unicum a Deo puniendis Judaeis deſtinatum. Id bellum, confectum Anno a

lium paſſuum habet, ſpatio longitudinis, quam latitudinis major, et ſupra duos poſita colles, valle parva media interſcinditur, horum celſior Syon dictus, in occiduam vergens partem, plura egregia in ſe continet. Nam in ipſo montis cacumine turris eſt vetuſti operis, quondam David (35) appellata, qua pro arce barbari utebantur

a Templo condito 1089. *Ado Viennenſis* Chronico pag. 115. aut 1102. *Paulus Oroſius* Lib. VII. Cap. IX. Tum vero Judaeis Meſopotamiae rebellantibus, praecepit *Imperator Trajanus* Lyſio Quieto, ut eos provincia exterminaret, inquit Latina Hieronymi verſio *Euſebiani Chronici* [pag. 266.] Idem narrat *Euſebius* ipſe Lib. IV. Hiſt. Eccleſiaſt. [Cap. II.] et *Nicephorus* eveniſſe vult Anno XIX. Trajani, quod *Pontaco* in Annalibus placet; licet locus ille a D. Hieronymo verſus mendo non vacet: nam ille Judaeae procurator non *Lyſias*, ſed *Luſius* fuit. Ael. Spartian. [Tom. I. pag. 49.] Ammian. Marcellin. Lib. XXIX. [Cap. V. pag. 444.] Ultimum illi urbi, et populo cum *Hadriano Auguſto* bellum fuit, qui aratrum induxit, et ſevera lege edixit, ne quis Judaeus Palaeſtinam ingredi auderet, ſupra ex *Euſebii Chronico*, et *Dione* conſtat. Addendi *Spartianus*, *Hiſtoriae Eccleſiaſticae Scriptores*, *Marianus Scotus*, qui in Chronico bellum accepiſſe finem, ait, Anno CXLII. *Ultimum exterminium* gentis perfidae factum per *Hadrianum*, miſſo Severo, ut late exſequitur *Peregrinatio Aſiatica* Lib. II. Cap. X. ex Rabbinis, et Talmud.

(35) TURRIS DAVID. *Albertus* [Lib. V.] Cap. XLVI.

bantur: aedes etiam divi Franciſci, quo in loco multi homines, ſectam ejus, ac mores ſecuti, caſte, integreque vixerunt, quamvis inter medios barbaros fidei hoſtes verſarentur. Quod annuiſſe Deum, crediderim, ut, ſicut author ejus religionis Chriſto ſimilior vita fuit, ſic a ſolis poſteris ejus poſt res perditas Chriſtianorum ibi ſacra rite fierent, unde ſalus hominum prodiit. Circa medium collis aſcenſum Chriſti eſt ſacrum ſepulchrum, ſupra quod prius, quam noſtri urbem caperent, parvum admodum erat templum, forma rotunda aedificatum. Sed, qui Goffredo poſtea ſucceſſere, imparem eſſe rei tam ſacrae locum cenſentes, atque indignum laude Chriſtiana, veteri templo aliud majus adjecerunt, locum calvariae includentes. Itaque fanum vetuſtum pene in medio ſitum eſt, reliqua vero ejus pars longitudine cubitorum centum, latitudine ſexaginta, et ſex tenditur magnifice, pretioſeque ornata, non a fronte, ſed a latere valvas habens intra moenia urbis ſita. Mons alius, ab orien-

XLVI. *In latere turris David, ubi major vis defenſionis redundabat.* Fulcherius Carnot. Cap. XVIII. *Habet quidem ab occaſu ſolis turrim Daviticam, utroque latere murum civitatis ſupplentem.* Incertus Geſt. Francor. expugnant. Hieruſal. Cap. XXIV. *Occidentalis porta David idcirco vocatur, quod juxta turrim David ſita eſt.* Tyrius Lib. VIII. Cap. III. *Vi-*

ente Syon oppoſitus (36), Aora olim dicebatur, cujus in latere ad meridiem verſo templum eſt aliud nobile Deo ipſi Magno dicatum, habens aream circa magnam longitudine, ac latitudine parem, albo etiam lapide ſtratam. Hujus in medio alia eſt aliquanto excelſior, in qua templum ſitum eſt, octo in orbem angulos habens, cruſtaſque Parii lapidis, in ſummo vertice plumbo adopertum, intus etiam parietes auro, et lapillis verſicoloribus refulgebant. Ipſum fanum, et inferior area muris undique circumſepta, dum tenebant urbem Aegyptii, nulli prorſus patebant, niſi quis lotis pedibus, nudiſque aditum poſtulaſſet. Urbem ipſam a tribus partibus valles cingunt latae quidem, ac profundae, a meridie ſcilicet, ſolis ab ortu, et occidente: a parte autem ſeptentrionis, uſque ad moenia patet aditus minime praeceps, aut anguſtus. Ideoque ab eo latere civitas ipſa muris, turribusque munitiſſima erat. Ad hanc obſidendam (37) duces pro-

Vitriacus Cardinalis Cap. LX. [pag. 1079.] et Omnes. *Chronicon Lotharingiae.* Claudius *Paradinus* Symbolis Heroicis pag. 39.

(36) SYON OPPOSITUS. Mons hic Abrahae ſacrificare filium volentis pietate clarus, tunc *Moria* dictus, ut divus *Hieronymus* ſcribit, non, ut Noſter hic *Aora*.

(37) AD HANC OBSIDENDAM. De die variant, quo ſancta civitas val-

profecti, poſtquam viderunt, cingi totam armis non poſſe, nec ab iis partibus oppugnari, ubi profundae valles intererant, ab ea ſeptentrionis, atque etiam occidentis, qua minus valles impediebant, eam cum copiis obſederunt. Sed cum eſſet animadverſum, ibi Tancredum conſtitiſſe (38), unde hoſtibus parum oberat, ei vero imminebat periculum, valle in-

vallata. Errat autem graviſſime infra *Albertus*, ubi de ſiti. *Anonymus* [Lib. II. Geſt. Franc. Cap. *XXXVII.* [pag. 26.] *Feria tertia octavo Idus Junii eam mirabiliter obſedimus:* fuit ergo dies VI. Concors ei *Baldricus* pag. 130. et *Guibertus* [Lib. VII. Cap. II. pag. 532.] His accedat *Henricus Huntindonienſis* Lib. VII. pag. 214. ſupernumerarius teſtis. Haec ſententia licet *major*, non tamen eſt *melior*: nam Anno MXCIX. die *ſeptimo Junii* urbem obſeſſam vult Tyrius [Lib. VIII.] Cap. V. *Henricus Meibomius* in Chronico. Bernardus Scotus:

Lucis ſeptena cum vallant obſidione
Hieruſalem Franci, tum Junius igne calebat.

Numerus Chriſtianorum fuit *ſexaginta millia*. Albertus [Lib. V.] Cap. *XLV.* vel, ut veriſimilius loco laudato, quaſi ad *quadraginta millia*, inter quos expeditorum vix poterant eſſe viginti millia peditum, equites mille quingenti; reliqui autem omnes, aut inerme vulgus, aut valetudinarii, et debiles: recentiores diffident, qui *longe plures copias* numerant.

(38) TANCREDUM CONSTITISSE. Imo Gothe-

intercedente, quae ipſum ab aliis dirimebat, idem, ſuadentibus cunctis, locum occupatum deſeruit, et Syon inter, ac Dei templum loco edito poſuit caſtra, et, quanquam ſcalas non praeparaſſent, aut machinam ipſi duces, aggredi tamen urbem (39) placuit, haud ignari, plus plerumque opinionem virtutis, quam virtutem in bellis poſſe. Itaque, muris ſuccedentes, atrox certamen exconcitarunt, barbaris admirantibus, auſos eos pugnam capeſſere, ſcalas, vel machinas non habentes; neque id temerarium, ſed eximiae opus virtutis cenſebant, adeo fama rerum geſtarum plus, quam recta ratio poterat. Cum vero aſpicerent fortiter dimicantes, non telis, aut ſaxis terreri, ſed alacres cum clamore magis continue pugnam accendere, ac multos ſuorum jaculis, aut ſagittis confodi, tum valde perterriti, vix moenia tuebantur. Iſque habitus animorum ſi Chriſtianos non latuiſſet, forſan, obſtinatius dimicantes, urbem cepiſſent, qui a ſummo mane cum traxiſſent ad meridiem pugnam, et calor ingens (erat enim Junius menſis)

T t

thefredum. *Albert* Lib. V. Cap. XLVI.

(39) AGGREDI TAMEN URBEM. Non niſi quinta obſidionis die *Tyrius* Lib. VIII. Cap. VI. *Albert.* Lib. III. Cap. I. Alii tertia, Alii quarta tentatam obſidionem fortiſſime ſcribunt.

(40) CON-

ſis) ſupra modum eos affligeret, armis onuſtos, ac praelio fatigatos, nec eo modo cernerent viam validae urbis expugnandae, caſtra omnes repetiverunt, initoque conſilio, conſtruere machinas (40), ſcalas parare, ac vineas agere ad urbem inſtituunt. Longior fuit operis mora, quia proximus ager infrequenti conſitus arbore materiam non ſuppeditabat. Docti vero ab incolis, vallem eſſe millia paſſuum ſex diſtantem, mul-

(40) CONSTRUERE MACHINAS. *Albert.* [Lib. VI.] Cap. II. *Tyrius* [Lib. VIII.] Cap. VI. *Sanut.* [Lib. III. Parte V.] Cap. VIII. *Quinta autem die in civitatem communem fecerunt inſultum, et ceperunt omnia Barbacana: cives enim peregrinorum audaciam non ferentes pavore ſoluti ſunt, et, ſi habuiſſent peregrini tunc ſcalas, caeteraque neceſſaria, obtinuiſſent urbem; duravit autem inſultus a ſummo mane uſque in meridiem: poſthaec deliberant ſcalis, et machinis, et hujusmodi bellicis inſtrumentis uti.* Robert. Monach. Lib. IX. [pag. 75] *Proceres a longo terrae ſpacio ligneas trabes adduci faciebant, quibus turres, et machinae fierent, quae civitatem expugnarent.* Guibert. [Lib. VII.] Cap. VI. *Ligna autem de quibus noſtri aut caſtra, ſeu quasque machinas inſtruebant, convehebantur e remotiore provincia.* Incertus de Geſt. Franc. Expugn. Hieruſ.] Cap. XXVII. [pag. 575.] *Neque in tota regione illa ſilva eſt, ubi lignum vix quindecim pedum poſſet inveniri; de veteribus tamen lignis cedrinis, et cypreſſinis, quae in quodam ſpecu non longe ab urbe reperta ſunt, tur-*

multis arboribus, ac magnis veſtitam, eo miſere fabros multos, qui praeciſos arborum ſtipites plauſtris in caſtra deferrent. Quibus advectis, ita miles inſtitit operi, ut brevi machinae plures varii generis, et ſcalae multae perficerentur.

Dum vero haec a noſtris fiebant, aquae in dies creſcens inopia (41) magnum incommodum afferebat. Ut enim ſupradictum eſt, pro-

turrim quandam cum propugnaculis compoſuerunt, et eam nocte quadam, illis ignorantibus, haud longe a muro compactam, in ea parte, ubi dux Gothefredus ſedebat, erexerunt, et de coriis camelorum, boumque, caeterorumque animalium, in circuitu de foris eam contexerunt, muroque ſupereminens ſeptem aut amplius ulnas totam civitatem altitudine ſuperabat. Pulchra vineae deſcriptio.

(41) AQUAE INOPIA. Albertus [Lib. VI.] Cap. VI. *Obſeſſa eſt autem civitas ſancta... tertia feria in ſecunda hebdomada menſis Julii, qui calore, et ſolis ardore intolerabilis habetur, et praecipue in his orientalibus plagis, ubi etiam non ſolum rivi deficiunt aquarum, ſed et fontes vivi, et modici ſolum trans tria miliaria reperiuntur, hoc ſolis ortu flagrantiſſimi: hoc defectu aquarum intolerabili, et ariditate inaeſtimabili, hoc Chriſtianorum populus in obſidione hac graviter vexatus eſt.* Ingens error in menſe obſidionis inchoatae, qui *non Julius*, ſed *Junius*, ut ſupra probatum. Defectum hunc aquae corruptis, diſſipatis, aut veneno infectis fontibus, pu-

xima regio civitati amne, ac rivis prorſus carebat, et, ſiqui erant ibidem fontes, aut putei, vel ciſternae, omnes pene opera barbarorum defecerunt. Qua ex re milites anxii procul ab urbe aquam quaerebant, nec aliquis pene fuit locus, quem ipſi, ob eam reperiendam, non ſcrutarentur, valles, ac nemora perluſtrantes, qui ſua induſtria, vel indicio aliquorum Bethleem urbem incolentium, quaſdam aquas partim ſalubres, partim limoſas invenerunt. Quibus nequaquam ſufficientibus hominibus, atque equis, eo adducta fuit res, ut magna ipſorum pars equorum vaga per agros dimitteretur, quorum plurimi ſiti arentes, vel aliis caſibus periere. Milites quoque temere a caſtris procul progreſſi, pabulum, aut aquam quaerentes, crebro ab hoſte circumventi, ſui erroris dabant poenas. Multi etiam febri correpti diem

puteis, ciſternis, vide apud *Tyrium* [Lib. VIII. Cap. VII. *Incertum* de expugnat. Hieruſal. loco laudato. *Sanutum* [Lib. III. Parte V.] Cap. VIII. *Exercitus ex aquae defectu ſiti cruciatur: ad plures enim leucas cives obturaverunt fontes; habitatores vero Bethleem, et Thecuae loca ſibi nota fideliter oſtendebant; pergebant interdum per leucas tres, et quatuor, animalia, et per campum vagantia ſiti peribant.* Guibert. [Lib. VII.] Cap. V. *Interea ſitis inſolentia horribiliter gravabatur exercitus, adeo, ut coria boum, bubalorumque ſuerent, in quibus deferebantur aquae per milliaria ſex.*

diem obibant, aeſtu, labore, ac rerum inopia morbos vulgantibus.

Dum in hoc ſtatu noſtri erant, Ligures quidam ex Genua (42) urbe portum Joppe cum intraſſent, navibus vecti, vino, frumento, et

Tt 3 aliis

ſex. Raimund. de Agiles pag. 174. Malmesbur. Lib. IV. pag. 79.

(42) LIGURES EX GENUA. Recte *Ligures ex Genua* dixit, ſunt enim in *Apulia Corneliani*, et *Baebiani* Ligures. *Plinius* Lib. III. Cap. XI. et *Julius Frontinus* libello de Coloniis deſcribit. At in confinio Galliarum, qui *Ambrones* erant initio apud *Plutarchum* in Mario [Tom. I. Op. pag. 416. C.] Poſtea *Ligures a Ligure fluvio, quem λιγυρον Ligyron* vocat *Stephanus*, populi Thuſcis contermini, audiebant, *Euſtathius* in Dionyſii Periegeſin [vs. 76.] atque illi *Comati* in *Dione* Coccejano [pag. 537. A.] uſque ad *Oranum* amnem, *Epitomaſtes Livii* Lib. XLVII. Sunt autem *Gallorum ſoboles.* Feſtus Avienus in ora maritima, *Vagienni*, *Inganni*, *Tranſalpini.* Peſſime *Trogus Pompejus* [Lib. XX. Cap. I. §. 11.] *Piſas* in Liguria locat, ut in illud *Claudiani* de bello Gildonico notavi [vs. 483.]

---- Nec Alphaeae capiunt navalia Piſae.

Genua autem, et *Janua* olim *Stalia*, Liguriae *Metropolis* in mediae aetatis ſcriptoribus, *Luitprando Ticinenſi*, et Aliis jam laudandis. *Raimundus de Agiles* pag. 143. *Genuenſium naves litori... applicuerunt:* et pag. 173. *profuerunt eo tempore nobis tam iſtorum . naves* (Anglorum ſcilicet, et Scotorum,) *quam*

aliis rebus oneratis, mox miſere nuntios ducibus, qui adventum eorum ſignificarent, peterentque, mitti ad eos equitum turmas, quorum

quam et Genuenſium. Albert. Lib, VI. Cap. LV. *Invaſiſſet auxilio et navali aſſultu Piſanorum, et Genuenſium:* et Cap. LVIII. *Piſanos, et Genuenſes in Domino Deo compunctos... revocavit.* Baldricus Lib. I. pag. 89. corrupta prolatione: *Venetii quoque, et Piſani, et Jenuani, et qui vel oceani, vel mediterranei litus incolebant navibus onuſtis armis, et hominibus, machinis, et victualibus, mare ſulcantes operuerunt.* Fulcherius Carnot. Cap. XXV. *Fecit conventionem cum Conſulibus claſſis gentis Januenſis:* et Cap. XXX. *Venerunt Januenſes cum claſſe ſeptuaginta navium roſtratarum.* Eundem numerum conſtanter repetit Cap. XXXIX. *Incertus* in Expugnat. Hieruſal. Cap. XXXIII. *Piſanos enim et Genuenſes cum quibus ipſe venerat Daimbertus in ſua quaſi poteſtate habebat.* Idem Cap. XLI. *Convocans Januenſes, et Piſanos, majores navium duces, ſtatuit cum iis pactum.* Et Cap. LI. *Anonymus* auctor in ſecunda parte Geſtorum Dei pag. 600. *Januenſes Italicum numeroſa ſatis claſſe Laodiceae hiemantes.* Idem pag. 606. *Januenſibus cum claſſe LXX. roſtratas naves habente, ſibi ad urbis expugnationem ſociatis.* Tyrius Lib. V. Cap. IV. Naves quaedam *Januenſium peregrinos, et victualia deferentes.* Idem Lib. VII. Cap. XXI. *Januenſium, Venetorum, Graecorumque naves.* Claſſis horum fuit LXX. triremium, quibus nobiles duo viri praeerant Anſaldus, et Hugo Ebriacus. *Idem*

rum praeſidio res advectae tuto in caſtra deferrentur. Ea re duces laetati, rerum pene omnium inopes, equites centum (43), pedites quin-

Idem Lib. XI. Cap. IX. Idem plane numerus in *Cardinale Vitriaco* Cap. XXIV. et Cap. LXVI. *Quando converſa fuiſſet ad eam multitudo maris, et maxime Januenſes, Venetici, et Piſani.* Laudat impenſius Januenſium *principatum*, et *civitates* Idem Cap. LXXIV. Et in Hiſtoria Orientali *Idem* pag. 1138. Ejuſdem Hiſtoriae exitu *Epiſcopum Januenſem* commemorat. *Navalem* eorum *gloriam* extulit *Marinus Sanutus* Lib. III. Secret. Fidel. Cruc. Part. V. Cap. VII. *Idem* in Epiſt. XVIII. ad Ingramum archiepiſcopum Capuanum. *Jugulphus Croy* Laudenſis Hiſtoriae pag. 514. *Stolus navium Januenſium in portu Joppenſi applicuit.* Advocatus fiſci in Aquitania Eccleſiaſtici *Anonymus* de Terrae Sanctae Recuperatione: *Januenſis, Venecenſis, et Piſana civitates, quae propter ſuas diſcordias, et guerras maritimas, terrae ſanctae recuperationem impedire conſueverunt.* Promiſcuo itaque uſu *Januenſes*, et *Genuenſes* audiunt. *Guntherus* Ligurini Lib. IX. [vs. 40.]

---- Securos Janua miſſis
Altuque Piſa, viris aditis praeſtare jubentur.
Utraque Tyrrhenas longe metuenda per undas,
Utraque famoſis late vulgata triumphis.

Et poſt ibidem loci [vs. 48.]

--- Tuta dolo verſutae Janua plebis.

(43) EQUITES CENTUM.

quinquaginta ire ad portum ſimul jubent, muloſque pro rebus ferendis ſecum ducere. Poſt quorum diſceſſum paucos eſſe illos rati, alam inſuper mittunt equitum, quae cum eiſdem jungeretur. Sed, qui prius erant profecti, Ramam inter, et Ligdam cum eſſent, obvios hoſtes habuerunt, hi quingenti erant equites clam Hieroſolymam urbem egreſſi, ut, quos ire ad portum acceperant, in ipſa via adorirentur. Quibus noſtri numero impares non ceſſere, ſed acriter dimicantes, barbaros ipſos reprimebant, eouſque pugnam trahentes, quoad ala equitum (44) poſtea miſſa ſupervenit. Hi proelium conſpicati, et, quo in periculo eſſent ſocii, jam ab hoſte undique circumventi, abſque mora ineunt pugnam, et, incautos nacti barbaros, primo impetu plurimos peremerunt, reliqui vagi, ac paventes, cum inſtare hoſtes viderent, atque undique circumfundi, fugam arripuerunt, quos victores magno ſpatio perſecuti, caeſis permultis, ad locum, ubi pugna fuerat, rediere: ducenti ex hoſtibus, duo ex noſtris (45) eo certamine ſunt perempti. Ubi ad

TUM. Tyrius Lib. VIII. Cap. IX. *triginta* habet.

(44) ALA EQUITUM. Tyrius ibidem *quinquaginta* ponit.

(45) DUO EX NOSTRIS. Iſti ſunt Gillebertus de Trena, Aicardus de Montmerla, *Ibidem.* Achardus de Mommellou dicitur *Anonymo* pag. 27.

(46) UNA

ad mare fuit ventum, effuſi obviam Genuenſes Joppem urbem prius ingreſſi, ab incolis metu Chriſtianorum deſertam, laeti milites exceperunt.

Dum vero exonerant ſuas naves, praeparantque ad caſtra iter, claſſis Aegyptia, quae prope Aſcalonem erat, nocte ad Joppem pervenit, ut naves Genuenſium caperet. Quam procul viſam vigiles arcis cum adventare nuntiaſſent, cuncti ad mare mox profecti, cuncta armamenta detrahunt navibus, quas tueri minime poterant contra validam hoſtium claſſem, eaque cum reliquis rebus in arce urbis tranſtulerunt prius, quam barbari perveniſſent. Una triremis (46) Genuenſium, quae per aliquot pri-

(46) UNA TRIREMIS. Quod latine Noſter Benedictus *triremem* vocat, hujus hiſtoriae Scriptores omnes corrupta, et barbara voce *galeam* ſolent appellare: de cujus rei antiquitate paulo altius diſſeram, non ignarus, ab aliis prius tractatum. Antiquiſſimus ergo triremium uſus, ut et quadriremium, atque etiam quinqueremium meminit *Scholiaſtes Thucydidis*, ut obſervat *Paulus Leopardus*. Nec illud non certum, *damnatos ad remum* dari ſolitos, lege Graecanica, et Romana, ut *Janus Langlaeus* probat in Semeſtribus Lib. X. Cap. V. Quod ſupplicii genus ab initio reipublicae non fuit, ſed ſucceſſit *operi publico*, hoc eſt, qui prius in opus publicum, lata ſententia, erant damnati, poſtea *ad remum* dati, id eſt, *in triremem*, ut expoſuit Juriſconſultorum

prius dies longe a portu abierat, praedam de hoſtibus quaerens, dum ad ſuos dirigit curſum, vi-

rum optimus *Jacobus Cujacius* Lib. V. ad Paulum Tit. 25. et docte *Joannes Brodaeus* Lib. II. Miſcellaneor. Cap XXX. Hiſtoria id probatur, relatione ex *Suida*, et *Joſepho* Lib. XVII. Hiſt. Judaic. Cap. XIV. et Aliis. *T. Livius* Lib.XXXIV. Cap.VI. Hannibale fulminante, poſt Cannenſem cladem, exercitum ſuppletum numero ex cenſu conſtituto, *ſervis ad remum datis*. Et in belli Macedonici relatione apud eundem Lib.XXV. Cap.XLVII. Scipio, expugnata Carthagine, duo opificum millia adjudicaſſe populo Romano, caeteram multitudinem incolarum juvenum, *et validorum ſervorum in ſupplementum remigum* dediſſe. Sueton. Auguſto Cap. XVI. *Donec navibus ex integro fabricatis, ac viginti ſervorum millibus manumiſſis, et ad remum datis, portum Julium apud Baias immiſſo in Lucrinum, et Avernum lacum mari, effecit.* Viri docti ad eum locum, *Laevinus Torrentius* praeſertim. *Valerius Maximus* Lib.IX.[Cap.XV. §.2.] *Extitit, qui clariſſimae, et ſanctiſſimae ſororis ejus Octaviae utero genitum fingere auderet*, et *cum plenis audaciae velis ad ſummum impudentiae gradum fertur imperio Auguſti remo publicae triremis affixus* eſt. Simile omnino ſupplicii genus ab eodem Auguſto irrogatum alteri impoſtori, qui ſe Herodis filium Alexandrum eſſe mentiretur, narrat *Joſephus* loco laudato. Et Philocles apud *Plutarchum* in Lyſandro, Tom. I. pag.438. A capto Lampſaco ſcribitur, populum oratione permoviſſe, ut in acie captorum hoſtium pollicem manus dextrae praeciderent, ut re-

viſa procul hoſtium claſſe, mox iter convertit; atque in Syriam (47) eſt profecta. Qui vero in arce morabantur, noctu inde taciti abeuntes, tuti in caſtra cum omnibus rebus perve-

 ne-

remum agere poſſent, ſed non haſtam librare. *Lucianus* Dialogo de Amore Tom. II. pag. 878. *Andreas Alciatus* ad tit. de Verborum Significationibus. *Barbathius*, et *Panormitanus ad* S. Innocentii I. Reſcriptum Cap. I. de Accuſat. *Marſilius*, et alii Juris Civilis interpretes ad Lib. I. ff. ad leg. Corn. de Sicar. *Illigabantur* autem remiges. Latinus interpres *Euripidis* in Iphigenia:

Atque ibi videmus navis
Argolicae ſcapham
Probe ad curſum inſtructam, et impetum;
Praeterea habentes remos
quinquaginta navitas
Scalmis illigatos.

Imo, et *nomina* damnatorum *remo*, et *ſtationi* inſcripta. Valer. Flacc. Lib. I. Argonaut. vs. 352.

Dant remo ſua quiſque viri, dant nomina tranſtris.

Tempus varium: aut enim, ut perpetuo carceri, ſic remo in *perpetuum* addici ſolent, hoc eſt, ut in formula Athenienſis judicii apud Gellium, *in centeſimum annum*; aut *temporaria* aliquot annorum mora mulctari. Certe Caroli IX. Gallorum regis conſtitutione cautum, ne quis paucioribus annis, quam *decem* in triremem detur, ut ex Conſtitutionibus Carolinis patet, et retulit Petrus Faber Saniorianus Lib. II. Semeſtrium Cap. V.

(47) IN SYRIAM. Tyrius ibidem *Laodicaeam*, quae olim *Coboſa*. Male In-

perunt, quorum adventu exercitus recreatus, deinde promptior, ac robuſtior ad ferendos labores fuit. Praeterea Genuenſes cum aliis de induſtria, ingenioque certare, facere machinas, ligneas turres excitare, ſcalas multas perficere, nullum denique ad noſtros juvandos officium praetermittere. Itaque ipſorum ſtudio, ac militum ſummo multiplex varie coeptum opus eſt intra menſem abſolutum. Nec oppidani eo tempore ſegnes fuerant, ſed contra opera Chriſtianorum ab ea parte, qua urbem oppugnaturos eos, cenſebant, crexerant machinas varii generis, ac multa tormenta diſpoſuerant.

Moniti enim crebris literis regis, eorum fortiter ferre obſidionem, quoad copias transmiſiſſet, et excitati ſpe praemiorum, quae ingentia illis ab rege ipſo promi tebantur, magnos ſibi ſumpſerant ſpiritus, et omni ſtudio urbem tueri ſtatuerant. Ea etiam ratione adducti, quia cum iis res erat hoſtibus, quos victores implacabiles fore, arbitrabantur.

Goffredus, aliique, omnibus praeparatis, oppugnandam urbem poſtero die pronuntiat, et, quo propitium tantae rei haberent Deum, ipſi

Interpres Latinus vertit apud Ptolemaeum.

SCABIOSA. Vide *Ortelium* in Theſauro Geographico, *Raim. de Agiles* pag. 175. et Alios.

(48) PE-

ipſi poſt ſacerdotes, qui pſalmos, aut hymnos canentes, ſacra manibus deferebant, cum toto exercitu pedibus nudis (48) ad montem olivarum procedunt (49), mille paſſus fere diſtantem praeſidio tamen in caſtris relictis relicto, atque a tergo armatis diſpoſitis, nequid barbari molirentur. Cumque in ſummum evaſiſſent, genibus poſitis veniam delictorum, et Numinis opem adverſus hoſtes petebant. Sacer-

(48) PEDIBUS NUDIS. De *Nudipedalibus*, eoque ſupplicandi ritu, variiſque *calceorum* generibus, *Balduinus Ambianenſis* integrum librum ex uno capite *Antiquitatum* mearum tranſcripſit, et Lutetiae apud Perier vulgavit.

(49) PROCEDUNT. Supplicationem hanc ſolemnem Alii etiam extollunt. *Anonymus* pag. 27. *Ordinaverunt epiſcopi, et ſacerdotes praedicando, et commonendo omnes, ut proceſſionem Deo in circuitu Hierusalem celebrarent, et orationes, atque eleemoſynas et jejunia, fideliter facerent:* proceſſit autem exercitus feria quinta, *Robertus Monachus* Lib. IX. in limine. *Raimundus de Agiles*, ſic loquentem inducit epiſcopum pag. 176. *Nudis pedibus circuite Hieruſalem, invocantes Deum, et jejunate.* Guibertus Abbas [Lib. VII.] Cap. VI. *Cum multa ſpirituum, et corporum contritione proceſſiones agendo, ſanctorum nomina flebiliter inclamando, nudipedalia exercendo, Hieruſalem circumeunt.* Tyrius Cap. XI. *Publico decreto indictae ſunt univerſo populo letaniae, et aſſumptis crucibus, et ſanctorum patrociniis epiſcopi,*

cerdos etiam Gallus genere, qui Ernoldus dicebatur (50), doctrina, et eloquio praeſtans, eos monuit plurimis verbis, „ ut odia inter ſe, ac „ ſimultates finirent, ne ſui voti, ſocietatis ini„ tae, ipſius Chriſti eſſent immemores, a quo „ nil ſaepius fuit ſuaſum, quam ut viri ama„ rent ſe invicem, et remiſſis injuriis, mutua „ gratia conciliarentur. Nec eſſe clarius magni „ animi, ac ſapientis indicium, quam injurias „ oblivisci, et inimicis non modo ignoſcere, ſed „ ampliores eos efficere; neque aliquid eſſe „ foedius, aut geſtis, et partae gloriae magis „ adverſum, quam ſocios belli Chriſti milites, „ non ſpe humanorum, ſed coeleſtium prae„ miorum permotos, inter ſe diſſidere, ſeditio„ num auctores fieri, parvis de cauſis fructum „ laborum amittere, tantum denique irae, o„ dio, vel invidiae indulgere, ut has deterri„ mas animi paſſiones laudi, et victoriae an„ teponant, pro qua nunc uſque ſumma pericu„ la ſubierint. Nam quid eſſe illi adverſius, „ quam ducum diſſenſiones, ac militum, quo„ rum alter dum alteri adverſatur, nec ſaniori „ cedit conſilio, res communis negligitur, atque hoſti

pi, et clerus univerſus indutus ſacerdotalibus, et Leviticis indumentis, nudis pedibus, et cum multa devotione, populum ſubſequentem, uſque ad montem Oliveti, praeceſſerunt.

(50) ERNOLDUS DI-

" hoſti datur facultas eos malo afficiendi. Et
" eam ob cauſam plurimos duces, multos exer-
" citus victos olim fuiſſe, ac Numinis opem fru-
" ſtra expoſci, niſi, parendo ejus juſſis, o-
" mnes in gratiam ſimul redeant, nec ſe am-
" bigere, adverſus conſentientes vires hoſtium
" debiles fore, cum invicti ad eam diem fue-
" rint, eaſque ſuperaverint gentes, quibus Ae-
" gyptii nec numero, nec viribus pares eſſent.
" Et eo libentius dimicandum eſſe, quo ad ex-
" tremum laborum pervenerint, eamque ob-
" ſideant urbem, pro qua ſola recuperanda bel-
" lum graviſſimum ſuſceperunt, et, ea ca-
" pta, nil agendum ſupereſſe, niſi ut domum
" cum ſumma laude revertantur. Conjugibus,
" liberis, domeſticis laribus longo poſt tempo-
" re fruituri. Eo avidius, ac laetius, quo di-
" utius hiſce omnibus caruere, clarioreſque ſu-
" pra modum, quam cum diſceſſerint, rede-
" ant, quos omnes diligent, laudibus celebra-
" bunt, ſimul quoque admirabuntur, velut
" vindices Chriſti religionis, pene humanos
" ſupergreſſos, ingens trophaeum de barbaris
" referentes. Ideoque ſummopere annitendum,
" ut claris geſtis hoc extremum virtutis, feli-
" citatiſque opus adjiciatur, alioquin peritura
o-

DICEBATUR. Alii ducis Romanorum capel-
ad *Petrum Eremitam*, et lanum *Arnulphum* hoc re-
ſe-

" omnia eſſe, quae tunc uſque maxima per-
" fecerunt, et partae gloriae ignominiam ſuc-
" ceſſuram, quae delebit laudes partas, vel ma-
" gna ex parte obumbrabit.

Vix finem dicedendi fecerat, quum ſubito clamor approbantium dicta, gemituſque ſe invicem amplectentium eſt exortus, ſimul etiam ſe hortantium, ut nihil ſtudii, vel laboris ad oppugnandam urbem remitterent. Ubi vero in caſtra eſt reditum, Goffredus animadvertens, ab ea, qua inſederat parte, offici parum poſſe, quam ſummo ſtudio barbari muniverant, milites eſt hortatus, ut noctu machinas, reſolutis compagibus, ad aliam urbis partem transferrent, locum deſignans, portam inter divi Stephani, aliamque Angeli dictam, quae ſeptentrionem ſpectabat. Nam, vacuum illum noſtri cum reliquiſſent, ex eo latere minus attente hoſtes cuſtodiebant. Id a militibus magno aſſenſu celeriter eſt perfectum, ut prius, quam illuxiſſet, ligneae turres, et aliae machinae ad locum deſtinatum delatae, atque erectae fuerint. Poſtquam vero dies refulſit, barbaris admirantibus, ingens opus adeo brevi eſſe confectum, noſtri ad moenia ſucceſſere. A tribus partibus oppugnatio erat. Ab una enim princeps Toloſae, ab aliis Goffredus, Tancredusque

ferunt, niſi qui hic *Ernol- dus* eſt, illis parvo diſcrimi-

que hoſtes urgebant. Turres armatis plenas viris, quantum ferebat loci natura, moenibus admoventes, et, qui ſtabant ſuper illis, cum pene ex equo dimicarent, barbaros multos vulnerabant. Ignem quoque a muris jactum (quanquam pice, et oleo aleretur) aceto, et aqua extinguebant. Coria etiam ligno ſuperimpoſita, quorum erat copia ingens, ſatis opera tutabantur. Erat quoque a machinis terror, ex quibus excuſſi magni lapides cum maximo ſtrepitu muros percutiebant, quorum inanes ictus facere barbari cupientes, ſaccis incluſam paleam, aut foenum funibus ante muros ſuſpendunt: lintea quoque aquis madentia, ut ab iis lapides penitus excepti moenibus non officerent. Noſtris jam erat perſuaſum, capta urbe, nullum laborem ſupereſſe, gravi bello finem imponi, tutum dari ad patriam reditum, et ea re plus laudis quaeri, gratiaeque apud alios Chriſtianos, quam ex prius geſtis quaeſiverint. Ideoque inſtabant ferociter jaculis, aut ſaxis pugnantes, vel, ſcalis admotis, aſcenſum tentantes, nec labore, aut periculis frangebantur, obſtinati jam animo, vel in pugna oppetere, vel capere urbem, pro qua expugnanda iter tam longum confeciſſent. Pueri etiam, foeminaeque, ac reliqua omnis

Xx tur-

mine *Arnulphus* vocetur. *Tyrius.*

(51

turba imbellis caſtris egreſſi, ipſis militibus praeſto aderant, eos hortantes ad certamen, potumque, aut cibum ferentes, ut aeſtu arentes, et labore confecti reficerentur. Nec ſegnius hoſtes ſe defendebant, ſaxis creberrimis ferientes noſtros, atque omni telorum genere, quorum plurimi quamvis caderent, vel in pugna vulnerarentur, tamen ob copiam propugnantium, mortuis alii, feſſis recentes, integri ſauciis ſuccedebant: ergo majore impetu animorum, quam fructu operis noſtri cum dimicarent, et jam luci tenebrae miſcerentur, ſignum receptui datum eſt.

Poſtquam in caſtra fuit reditum, non exhortandi a ducibus milites, ſed conſolandi protinus erant. Neque enim defecerant animo, vel praeteritae labor pugnae tantum eos turbaverat, quantum exagitabat ira, et indignatio, quod imbelle hominum genus bis jam illos a moenibus repuliſſet.

Ergo, ſe ipſos increpantes, palam dicebant, vigorem animis, vim corporibus defeciſſe, alios milites eſſe in caſtris, alios Syriam ſubegiſſe, (51) ac ſatius fore, ſub ipſis moenibus vitam amit-

(51) SYRIAM SUBEGISSE. Paucula obiter in gratiam ſtudioſi lectoris de hac gente ſubjungam: nomen ei populo *a Surim* Abrahae ex Cethura nepote. *S. Iſidor Hiſpalen.* Lib. IX. Origin, Cap. XI. Clauſa ea tee

amittere, quam cum dedecore adeo magno, re infecta, domum reverti. Proinde cuncti duces orabant, ne differrent certamen, ſed, cum illuxerit, ad oppugnandam urbem ducant. Eos enim vel hoſtem ſuperaturos, vel morte honeſta ignominiam finituros.

His Goffredus vocibus motus, quod recte exiſtimabat, ardore militum eſſe utendum, ne, ſpatio interjecto, is frigeſceret impetus animorum, et magis periculi, quam decoris ratio haberetur, „ edicit cunctis, ut in craſti-
” num parent ſe ad oppidum expugnandum, et
” parem verbis operam praeſtent, repetant ani-
” mo, qua mente a domo ſua diſceſſerint, quas
” luſtraverint orbis partes, quot urbes, quas aci-
” es hoſtium ſuperarint, ut caperent Hieroſoly-
” mas, votum ſuum explerent, labem, atque
” ignominiam Chriſtiani nominis auferrent, ne
” poſthac ſacrum Sepulcrum ab impiis barbaris
” teneretur. Id enim itineris, et belli graviſſimi
” cauſam fuiſſe. Quod ſi infectum remaneret,
” ſummo dedecore illos, Chriſtianoſque omnes
” eſſe afficiendos, nec aliquos ultra ſpem habi-
” turos Judaeae recuperandae, cum ipſis ad ex-

 pu-

regio ab *oriente* Euphrate, ab *occaſu* Aegyptio mari, a *ſeptentrione* Armenia, et Cappadocia, ab *auſtro* ſinu Arabico. Hebraeis *Aram*, ſive *Charam*, et populus Αριμοι *Arimi*, ut ex Homero docet Poſidonius. *Ara-*

" pugnandam hanc urbem vires, animoſque de-
" feciſſe, accipient: barbaris vero eam tenen-
" tibus magnam laudem acceſſuram, quod invi-
" ctum exercitum abire inde ſuis armis, coëge-
" rint.

Arami ſunt Straboni [Tom. II. Lib. XIII. pag. 930] et Lib. XVI. [pag. 1131. Ed. Almelov.] Vide *Plinium*, et *Xenophontem* Lib. V. Paediae. Duo maxime de hiſce Romanis obſervata, *ſervile ingenium*, et *avaritia* ex negotiatione, quod ſervi plerumque fuerint; docent illa T. Quintii Flaminii apud Hiſtoricum Latinum Livium [Lib. XXXV. Cap. XLIX.] *Multa nomina gentium inauditarum, Dahas, Medos, Caduſios, Elimaeos, Syros omnes eſſe, haud paulo mancipiorum melius, propter ſervilia ingenia, quam militum genus.* Lib. XXXVI. [Cap. XVII.] *Syri, Aſiatici, et Graeci, ſunt leviſſima genera hominum, et ſervituti nata*; unde Socratis judicio, *Syri* inter nationes *ſervientes* collocati. *Xenophon.* Lib. II. principio, de dictis, et factis ejus. Nec temere alii tranſmarini ſervi Romae *vilioribus miniſteriis* addicti, quam illi, quod Poëtae certatim expreſſere. *M. Plautus* Trinummo Act. II. Sc. IV. vs. 141.

> --- *Syrorum genus, quod patientiſſimum eſt.*

Eadem fabula poſt [vs. 145.]

> *Multo Syrorum jam anteit patientia.*

Et Curcul. Act. III. vs. 73.

> *Synopaeas, Arabes, Caras, Cretanos, Syros.*

Et Bacchidibus Act. IV, Sc. IV. vs. 7.

Non

" rint. Itaque bono eos animo eſſe, et ſe hortari, ut hanc ſententiam firmam teneant, honeſtam videlicet mortem vitae turpi eſſe anteponendam, nec ab ipſis aliud poſcere, quam,

 ut

Non mihi iſti placent
Parmenones, Syri,
qui duas, aut tres minas
Auferunt heris; nequius
nihil eſt, quam egens
Conſilii ſervus.

Martial. Lib. VII. Epigr. LII.

Vix puto triginta nummorum tota fuiſſe
Munera, quae grandes octo tulere Syri.

Idem Lib. IX. Epigr. III.

Octo Syris ſuffulta datur
lectica puellae.

Eodem Lib. Epigr. XXIII.

Ut Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

Et Lib. X. Epigr. LXXVI.

Civis non Syriaeve, Partiaeve,
Nec de Cappadocis eques cataſtis,
Sed de plebe Remi.

D. Junius Juvenal. Satyr. VI. vs. 351.

--- Longorum vehitur
cervice Syrorum.

Q. Horatii locus eſt dubiae lectionis Lib. I. Satyr. VI. [vs. 38.]

Tune Syri Damiae, aut
Dionyſi filius audes
Dejicere e ſaxo cives,
aut tradere Cadmo?

Qui ſic legunt, *Cadmum* interpretantur *tortorem*, aut *carnificem*. Aliis placet tradere *camo*, ut ſit camus *faſcia* funebris, quo moritu-

" ut in pugna ſuum exemplum, aliorumque du-
" cum imitentur, quos nullum laborem, aut pe-
" riculum recuſare in ipſa pugna ſatis intelligent.
" Se quoque non niſi victorem copias reducturum.

His

tuſi caput vinciebatur. *Petron.* [Cap. CII. in fine] *Praeligemus veſtibus capita, et nos in profundum mergamus.* Conſulendi Levinus *Torrentius*, Caelius *Rhodiginus*, Dionyſius *Lambinus*, et cohors Critica. Ad *Syros* redeo, qui ſingulari *avaritia* notati apud *Julium Firmicum* Maternum Siculum Lib. I. Mathes. Cap. I. et Cap. ult. *Syrorum avaritiam mutavit repentina profuſio.* Pulchre *Herodianus* Lib. II. [Cap. VII. et X.] *Ael. Lamprid.* in Alexandro Severo. [Cap. LXIV.] *M. Cicero* libro de Oratore Perfecto apud *Fab. Quintilianum* Lib. XI. Cap. ult. qui, omnes Syros plerumque *negotiatores* eſſe, docent, ut et *S. Valerianus* in Homilia nuper edita, *Gregorius Turonenſis* Lib. IV. Hiſt. Franc. Cap. XII. Lib. VII. Cap. XXXI. *D. Hieronymus* in Ezechielem Cap. *XXVII. Uſque hodie permanet in Syris negotiandi ardor. Eumenius* [Orat. pro Reſt. Scholis. Cap. *XII.*] ſeparat. *Syrius mercator, aut Deliacus, aut Indicus ad uberrima iſta compendia laudis aſpirat.* Salvian. Maſſilienſis de Judicio et Providentia Lib. IV. [pag. 75. ed. Brem.] *Ut de alio hominum genere non dicam, conſideremus ſolas negotiatorum, et Syricorum omnium turbas, qui majorem ferme civitatum univerſarum partem occuparunt.* Legit vir doctus, et forte non inepte: *Civitatum anniverſarum partem*; ut ad *nundinationes anniverſarias* referatur. Ex quo loco liquet, ſequiore aevo

Sy-

His adhortationibus milites confirmati prima luce caſtra egrediuntur, et ſumma vi oppugnare adorti (52), eo inſtabant impetu animorum, ut nullum periculum, quamvis maximum, decli-

Syricas pro *Syris* uſurpari. *Anonymus* author Hiſtoriae Apoſtolicae Lib. V. *O juvenis Syrice, qui amore carnis tuae ductus, cito animam tuam amiſiſti.* Sic *Corippus* noſter Lib. IV. num. 3. corruptus erat:

Serica per cunctas pendebant vela columnas,

Ego in notis ad eum locum reſtitui:

Syrica per cunctas pendebant vela columnas.

(52) OPPUGNARE ADORTI. *Anonymus* in Geſt. Franc. Cap. XXXVIII. *Sexta.. feria, ſummo mane, undique aggredimur urbem.* Robert Monach. Lib. IX. ſub principium. *Baldricus* Archiepiſc. Lib. IV. pag. 133. *Sexta feria civitatem ſummo diluculo aggrediuntur.* Raimundus de Agiles pag. 178. *Mane autem facto tantus ardor noſtris incubuit, ut uſque ad muros progrederentur, et machinas illuc deducerent.* Incertus Autor in Expugnantium Hieruſalem Geſtis Cap. XXVI. *Mane autem facto, quod contigit Idus Julii, omnes ad inceptum laborem ſe rurſus animaverunt, et lituis, bucciniſque clangentibus, clamoreque utrinque exorto, muros noſtri acriter impetere, hoſtes vero haud ſegniter repellere inceperunt.* Tyrius [Lib. VIII.] Cap. XV. *Cum jam aſpirantis diei aurora nunciaret exortum excitus eſt cum omni aviditate populus iterum ad certamen.* Alii omnes eadem, licet parvo va-

clinarent, et, ſi qui peribant, nimbo telorum (53) intercedente; mox alii loco eorum ſuccedebant, et, quod terrorem ſolet incutere, acrius milites accendebant, laudis, quam ſalutis magis avidos. At, qui tuebantur civitatem, ne omnino perirent, acerrime reſiſtebant, haud dubie rati, nullam ſalutis reliquam ſpem, niſi in armis proponentes, cruciatus immanes, miſeram ſervitutem, ſtupra in foeminas, infantium raptus, abſtrahi virgines a complexu parentum, praedam bonorum (quae ac-

varient diſcrimine.

(53) NIMBO TELORUM. Marin. Sanut. Lib. III. Part. V. Cap. XVIII. *Turci.. imbrem telorum tranſmittunt et lapides.* Incertus idem Cap. laudato. *Tedas ſulfureas, et jaculorum grandinem umbonibus excipiebant.* Et Cap. XXXII. *Exortum eſt proelium, et grandine ſagittarum utrinque diſtenta, ſubſecutae ſunt lanceae.* Tyrius [Lib. VIII.] Cap. XIII. *Horrendus, et ſupra hominum opinionem protervus a mane uſque ad veſperam ſe continuavit conflictus, et congreſſio pertinax, ita ut inſtar grandinis ſuper utrumque populum telorum, et ſagittarum deſcenderet multitudo, et emiſſae cautes in ipſo medio aëre ſe mutuo colliderent, et cauſas mortis varias, et multiplices irrogarent pugnantibus.* Sic Poëtae *telorum nimbos, imbres, pluvias,* ad frequentiam denotandam dicunt. *Statius Papinius* Lib. V. Thebaid. vs. 396.

Inſtamus jactu telorum, et ferrea nimbis
Certat hyems, vaſtaeque ſudes, fractique molares,
Spi-

accidere ſolent captis urbibus) potius mori in pugna decreverant, quam ferre ſummam calamitatem. Itaque noſtris virtus, illis formido majoris mali animos faciebant.

Cum ſic utrinque dimicaretur, et quaedam machina magis, quam aliae oppidanis noceret, nam ictu lapidum ex ea jactorum multi ex illis perierant, anus duae (54) intra urbem degentes magicae arti aſſuetae, pollicitae ſunt, ſe carminibus effecturas, ne poſthac ex ea ſaxum aliquod excuti poſſet. Igitur hae in muros

Spiculaque, et multa crinitum miſſile flamma.

Et rurſus Lib. VIII. Theb. [vs. 412.]

Excluſere diem telis, ſtant ferrea coelo
Nubila, nec jaculis arctatus ſufficit aër.
Hi pereunt miſſis, illi redeuntibus haſtis.
Concurrunt per inane ſudes, et mutua perdunt
Vulnera, concurrunt haſtae, ſtridentia fundâ
Saxa pluunt.

Franciſcus Modius in Novantiquis Epiſt. XCIV. *Ennius*, *Valerius Flaccus*, *Avienus* Ora Marit. pag. 283. et *Petr. Collatius A. pollonius*, a me laudati ad Lib. II. in Ruffin. in Commentariis *Claudiani*; et plures citati, correctique eod. Opere ad Lib. I. de Laud. Stilic. [vs. 353.]

— Non fuſum crebris haſtilibus imbrem;
Non equitum nimbos Latiis obſiſtere pilis.

(54) ANUS DUAE. *Raimundus de Agiles* loco laud.

ros perductae cum tribus puellis ejuſdem ſceleris, et amentiae ſociis, cum quaedam ſigna ibi conſtituiſſent, et verſae ad machinam neſcio quid barbarum frenderent, lapides quidam ex illa excuſſi eas cum ſociis peremerunt: qua ex re noſtri alacres, Deum adeſſe illis rati, et victoriam polliceri, clamorem tollunt laetitiae indicem, et, ſe invicem cohortantes, acrius nitebantur.

Sed,

laud. [pag. 178.] *Dum duae mulieres petrariam unam de noſtris faſcinare vellent, lapis viriliter excuſſus, mulieres carminantes cum tribus pueris alliſit, atque animabus excuſſis incantationes avertit.* Tyrius [Lib. VIII.] Cap. XV. *Non pueros* cum veneficis peremptos, ſed *puellas* ſcribit: *duas adduxerunt maleficas, ut eam faſcinarent machinam, quae ſaxa miri ponderis in urbem multa violentia, et impetu immittebat horribili, et magicis carminibus redderent impotentem; quae dum ſuis praeſtigiis inſtarent ſuper murum, et incantationibus, repente, ex eadem machina, molaris immiſſus, utramque illarum cum tribus puellis, quae illarum greſſum fuerant comitatae, obtrivit, et excuſſis animabus de muro dejecit exanimes:* et in univerſum *foeminae* magicis artibus frequentius deditae, quam *viri.* Tibullus [Lib. I. Eleg. II. vs. 42.]

Pollicita eſt magico ſaga miniſterio.

Virgil. Lib. IV. Aeneid. [vs. 483.]

Hinc mihi Maſſylae gentis monſtrata ſacerdos.

Sed, meridie jam exacta (55), cum feſſos labore calor ingens ſupra modum debilitaſſet, neque hoſtes remitterent pugnam, continuoque majores ſibi ſumerent ſpiritus, noſtros clamore increpantes, atque ideo milites de victoria deſperarent, decreverant animo caſtra repetere, ac ſe paulatim certamini ſubtrahebant. Tum vero (ut quidam ſunt auctores) qua parte Goffredus dimicabat, comitem habens Euſtachium

(55) MERIDIE JAM EXACTA. Variant nonnihil. *Anonymus* pag. 27. Robert. Monach. pag. 95. *Sed ut appropinquavit hora, qua Salvator omnium mortem ſubiit.* Fuit ergo capta ſancta civitas eadem hora, qua Aſſervator humani generis in cruce exſpiravit. Bald. loco laud. [pag. 133.] *Hora vero qua Dominus pro voluntate Judaeorum paſſus eſt.* Raimund. de Agiles ibid. quo ſupra, loci: *Cum circa meridiem omnes noſtri conturbarentur.* Fulcher. Carnotenſ. Cap. XVIII. *Francis hora meridiana urbem intrantibus, die, quae Veneris habebatur.* Guibertus Abbas Lib. VII. Cap. VI. *Cum ea appropinquaret hora, qua verus ille Jeſus, qui ſecundo populum de Aegypti exegit ergaſtulo, in crucem ſublatus creditur.* Marinus Sanutus, loco ſupra laudato: *Contigit urbem capi quadam feria ſexta, hora nona, quo tempore Dominus illorum paſſus eſt in cruce.* Tyrius horam anticipat, nec hora *nona*, ſed *ſeptima* urbem intratam ſcribit [Lib. VIII.] Cap. XVI. Miror, cur *Incertus* dicat pag. 576. hora *tertia* ſolem tum incanduiſſe, niſi ad horas Tranſalpino more numeratas reſpiciat.

(56) QUI

chium fratrem, quidam, inſigni vectus equo (56) armis viſus ex monte Olivarum deſcendit, et alte ſublatum clypeum quatiens illum ad urbem dirigebat, quem Goffredus ubi aſpexit, nactus occaſionem ſuos hortandi, eum militibus oſtendebat, clamitans, hunc a Deo miſſum, ut, ſi anniti paululum velint, adeſſe victoriam, nuntiaret. Id creditum a pugnantibus, ita ferunt eos mutaſſe, ut, qui languido erant corpore, ſolum de fuga cogitantes, vel exceſſerant vulnerati, hoc audito, velut integri animis, et corporibus ad ipſam pugnam excitarentur. Ergo annixi ſupra modum, ducem habere Deum rati, turres ligneas, foſſis re-

(56) QUIDAM INSIGNI VECTUS EQUO. Authores graves plerique id aſſerunt. Tyrius ibid. loci: *De monte Oliveti miles quidam, qui poſtea non comparuit, ſplendidum, et refulgentem ventilando clypeum, ſignum dabat noſtris legionibus, ut redirent in idipſum, et congreſſionem iterarent.* Exiſtimarunt nonnulli, *Ademarum* fuiſſe Podienſem antiſtitem, et Apoſtolicum legatum, poſt captam Antiochiam defunctum. Raimundus de Agiles pag. 178. *In hac die Dominus Ademarus Podienſis epiſcopus in civitate viſus eſt a multis, etiam multi ex iis teſtantur, quod primus murum conſcendens ad aſcendendum ſocios, atque populum invitabat.* Sanutus pag. 148. *Apparuit tum multis nobilis epiſcopus Podienſis, qui in via deceſſerat, primus ſuper muros Hie-*

repletis, moenibus jungunt, et ex illis pugnantes plurimos hoſtium interficiunt. Creſcit undique militum clamor invicem ſe hortantium. Goffredus quoque, hoſtes turbatos animadvertens, ad ipſa moenia plurimos milites ire jubet, facibuſque accenſis, feno, ac paleis (57) muro ſuſpenſis ignem injicere, quod cum propere factum eſſet, et ventus afflans fumum in ora hoſtium ferret, illi, durare non valentes, partem murorum vacuam reliquere. Quod ubi aſpexit Goffredus, ligneam turrim cum fratre aſcendens, pontem ligneum turri haerentem ſupra moenia tendi jubet, et magna voce reliquos admonens, ut vel ſcalis caperent murum, vel ab imo illum ſubruerent. Primus cum fratre (58) moenia occupavit; multique il-

Hieruſalem. Verius hoc, magiſque Chriſtianae pietati conſentaneum, quam quod impius ille ethnicus *Sozimus* ſcribit, Gothis Athenas oppugnantibus *Palladem* cum aegide, et haſta apparuiſſe, murum circumiiſſe, hoſtem arcuiſſe; ſed id doctiſſimus jam *Baronius* commentum detexit, et refutavit.

(57) FENO, AC PALEIS. Eadem laudati Auctores, et tale quippiam in ſtratagematis *Polyaeni*; et apud *Arrianum*, ſed illi non ſunt ad manum.

(58) PRIMUS CUM FRATRE. Multi contradicunt, nec ipſi duci *Gothefredo*, ſed militibus ipſius *Tornacenſibus*, *duobus fratribus*, id gloriae aſſignant. *Letholdus* is eſt, qui captae urbis titulos uſurpat,

illum ſecuti alios, ut aſcenderent, hortabantur. Quibus certatim aſcendentibus, ſpe abjecta muros tuendi, barbari eos deſeruerunt. Proditum eſt memoriae a quibuſdam, qui hanc hiſtoriam conſcripſere, legatum pontificis, qui Antiochiae vita exceſſerat, tum a pluribus viſum fuiſſe, quo conſueverat prius habitu, inter primos urbem intrantem. Goffredus, cito ex muris deſcendens, ad perſequendos hoſtes contendit, et, per vias urbis diſcurrens incredibilem edidit caedem, armati pariter, et inermes pueri foeminaeque mactabantur. Jacebant ubique tot cadavera, tantus manaverat ab his cruor, ut ea calcare, aut ire per ſanguinem oporteret. Jam ad medium urbis venerant, necdum hoſtes propulſantes Tancredum,

pat Anonymus. *Letoldum* vocat Robertus Monachus eique ſecundum *Guicherium de Caſtro ducis*; ut appareat tum *Tornacum* comitum Bononienſium, et ducum Lotharingiae in patrimonio fuiſſe. *Baldrico* [Lib. IV. pag. 133.] vocatur *Letaldus.* Magno cum elogio *Guibertus* Cap. VII. dicti libri [VII. pag. 535.] *Letaldus ex equitibus quidam tanto auſu, et opinione facinoris per temporum ſuccidua celebrandus, primus ſuper muros civitatis inſiliit.* Incertus pag. citata *Litoldum* vocat, et ſocium tanti coepti fratrem *Engelbertum.* Tyrio [Lib. VIII.] Cap. XVIII. ſunt *Ludolphus*, et *Giſlebertus* uterini fratres de *Tornaco.* Aliis viſum, *Tancredo* hoc deberi; ſed pro *Gothefredo*

dum, Toloſanumque principem, captam eſſe urbem, ſenſerant. Auctus vero demum clamor, atque illis propior factus, noſtros adeſſe, cum indicaſſet, tum ii quoque, defenſione omiſſa, vacuos muros reliquerunt. Id indicium fuit noſtris, ab ea parte Goffredum occupaſſe. Ergo, in moenia evadentes, intus celeriter deſcenderunt, et, vadentes per urbem, ſtragem ingentem (59) faciebant, non ſexui, non aetati parcentes. Hoſtium multi ad turrim David refugerunt, longe plures in Dei templum, areamve illi ſubjectam, qua undique altis muris clauſa pro arce tum hoſtes utebantur. Hanc Tancredus mox aggreſſus, haud magno cepit certamine, barbaris aegre reſiſtentibus, quorum animos ingens terror oc-

do cum *Noſtro* ſtant plerique: *Marinus Sanutus* [Lib. III. Parte V. Cap. VIII.] *Primus omnium Gothefredus* etc. Fratres vero illi *Ludolphus*, et *Engebertus*, ut habet *Albertus Aquenſis* Lib. VI. Cap. XIX. Milites in turmis Gothefredi erant; et ipſius juſſu muro ſucceſſerant, ipſo illos ducente. *Tyrius* dicto Cap. XVIII.

(59) STRAGEM INGENTEM. Graphice prae aliis omnibus immanitatem cladis depinxit *Tyrius* [Lib. VIII.] Cap. XIX. Aetati non parcentes, aut conditioni, *tanta erat ubique interemptorum ſtrages, et praeciſorum capitum acervus, ut jam nemini via pateret, aut tranſitus, niſi per funera defunctorum.* Concludit demum: *Tanta autem per*

occupaverat. Noſtri ergo eam ingreſſi, hoſtes ipſos, quanquam ſupplices tenderent manus, et, armis abjectis, velut victi humi procumberent, iram victorum deprecantes, ad unum interemerunt. Poſtea, fractis templi portis, in quo plurimi ſe abdiderant, intus irrumpunt caede calentes. Ibi quoque ira praevaluit, nec lachrimae, aut preces, nec ſanctitas loci barbaris profuerunt, quin omnes demum interirent. Tradunt plerique, hominum decem millia (60) in templo, et area caeſa fuiſſe, ac ingens pondus auri, et argenti a Tancredo repertum, quod, purgato poſtea templo, et rebus in civitate compoſitis ad ſacrum uſum reſtituit. Qui ad arcem David con-

per urbem erat ſtrages hoſtium, tantaque ſanguinis effuſio, ut etiam victoribus poſſet taedium, et horrorem ingerere. Late *Albertus Aquenſis* Cap. XXI. XXII. XXIII. *Guibertus Abbas* [Lib. VII.] Cap. VII. Fuit *internecio potius, quam pugna . . . ubi tanta extitit humani cruoris effuſio, ut procedentium prope talos irrigui ſanguinis unda ſubmergeret.* Alii eadem. Cultiſſime, ut ſolet noſter B. Bernardus Scotus:

Enſibus exertis currit gens
noſtra per urbem,
Nec cuiquam parcunt,
etiam, miſerere precanti.
Vulgus erat ſtratum, veluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis, agitataeque ilice glandes.

(60) DECEM MILLIA. Quadrat numerus cum *Sa-no-*

confugerant, ſitu, et opere permunitam, ſpe abjecta, eam tuendi, hoſte tam valido circumſtante, territique ob caedes factas, ut cum ſingulis veſtimentis abirent, pacti, eam principi Toloſano dederunt. Hoc maxime modo urbs praeclara cum ſumma laude nominis Chriſtiani armis noſtrorum capta eſt, et parta ingens ab his praeda; memoriae quoque fuit proditum, menſe Junio (61), et Veneris die ipſam expugnatam fuiſſe: quod annuiſſe Deum, puto, ut, qua die auctor vitae ibi eſt cruci affixus,

Z z ob

nuto loco laudato. *Inventa fuerunt poſt peracta negotia decem millia interfectorum.* Auget *Tyrius* [Lib. VIII.] Cap. XX. *Cecidiſſe dicuntur infra templi ambitum ex hoſtibus ad decem millia, exceptis iis, qui paſſim per urbem obtruncati vicos replebant, et plateas, quorum non minus diceba-tur eſſe numerus.*

(61) MENSE JUNIO. Concors *Sanutus* Lib. III. Part. V. Cap. ult. in fine; ſed utriuſque *error* indubie Librarii, nam, die 15. *Julii* Hieroſolymas expugnatas, ſatis ex hiſtoria conſtat: eodem enim die *Adam* primus noſtri generis parens a Deo creatus eſt, *Tyrius* [Lib. VIII. Cap. XVIII. Et *Apoſtolorum diviſio* facta fuit, Idem Cap. XIV. *Henric. Meibomius* in Chronologia Belli Sacri. *Albertus Aquenſis* [Lib. VI. Cap. XXVIII. *Baldricus archiepiſcopus* pag. 134. *Diem illam, qua civitatem recuperarunt, celebrem inſtituerunt quinta decima Julii die feria ſexta.* Raimundus de Agiles pag. 179. *Haec dies celebratur Idus Julii ad laudem et gloriam nominis Chriſti, qui dedit precibus*

Ec-

ob ſalutem totius orbis, eadem poſtea civitas haec ad ejus cultum redigeretur, et ii perirent barbari hoſtes, qui ſacrum Sepulchrum, et alia templa polluerant; Chriſtiani vero illis parentes a multis aerumnis liberarentur.

Die

Eccleſiae ſuae urbem, et patriam, quam juravit patribus. Roger. de Hoveden. Annal. Part. I. pag. 268. *Idus Julii feria ſexta Jeruſolyma a Chriſtianis capta eſt.* Conſtantin. Ghinius Natalib. SS. Canonicorum pag. 48. *Hac ſacra die Julii quinta decima, qua in primitiva Eccleſia diſperſi ſunt Apoſtoli, non eſt praetereunda memoria, qua Deo dante, per ſacram Cruciatam recuperata fuit de Turcarum manibus ſacra Hieroſolyma civitas, Godefredo Bullonio duce.* B. Bernardus Scotus:

Julius effervens ter quina
luce calebat,
Idibus inque ſuis iter ad
medium faciebat
Anno milleno centeno,
ſed minus, uno,
Virginis a partu, peperit
quae gaudia mundo,
Urbem cum Franci capiunt virtute potenti,
Atque novas reddunt laudes ſuper aſtra tonanti.

Incertus Poëta apud *Fulcherium Carnotenſem* Cap. XVIII. pag. 399. mutuatus primum verſum:

Julius effervens ter quina luce calebat,
Undecies centum numero
ſi dempſeris unum,
Dicebant annos Domini
tunc eſſe peractos,
Cum nos, Hieruſalem
gens Gallica cepimus
urbem.

Corrigendus *Wilhelmus Malburienſis* Lib. II.

Die ſequenti (62) noſtri omnes congregati, nil prius agendum cenſuerunt, quam ipſum Chriſti adirent Sepulchrum, ut, voto expleto, gratiiſque nimium actis, cujus virtute magnam victoriam habuiſſent, reliqua demum exſequerentur. Profecti ergo ad ſacram aedem, poſtquam Sepulchrum conſpexere, ſimulque Calvariae locum, manare iis prae gaudio lachrimae illa videntibus, ac tangentibus, ob quae per varios caſus, per tot rerum diſcrimina iter fecerunt. Nec ſatiari aſpectu poterant, aut tactu, et, quaſi Chriſtum ibi viderent, venerabun-

Zz 2

II. pag. 80. qui die *decima quarta* Julii captam vult, *uno die* lapſus, ut Joannes Molanus in *centum annis* totis: ita enim Annot. in Uſuardi Martyrolog. *Hieroſolyma ab exercitu Chriſtianorum capta eſt anno milleno ducenteſimo, minus, uno.* Reſcribo, *milleſimo centeſimo, minus, uno.*

Expugnata urbs eſt a *Godefredo* poſt expugnationem ſub *Davide* Annis MMCLXXI, a deſolatione ejus ſub *Nabuchodonoſore* Anno MDCCIV, ab excidio *Veſpaſiani* MXXVIII, a *Perſarum* captivitate CCCCLXXXIV, a *Saracenorum* incurſu, ac fundato inibi regno CCCCLXIII. *Jacobus Gordonius* Scotus paulo aliter ſupputat.

(62) DIE SEQUENTI. Tyrius [Lib. VIII.] Cap. XXI. *Tandem vero urbe in hunc modum ordinata, armis depoſitis, in ſpiritu humilitatis, et in animo vere contrito, nudis veſtigiis, lotis manibus, et ſumptis mundioribus indumentis cum gemitu, et lacrymis loca vene-*

bundi procumbebant, non modo agentes pro victoria gratias, ſed veniam criminum flebili voce petentes, tutumque ad patriam reditum.

Poſtquam templo exceſſere, cura imprimis habita eſt cadavera paſſim jacentia extra urbem (63) mittendi, eo negotio iis mandato, qui capti ex barbaris nexi retinebantur. Sed, cum ſoli ejuſmodi rei non ſufficerent, additi ſunt inopes Chriſtiani, qui, mercede accepta, rem cum aliis perfecerunt.

Sic

nerabilia, quae Salvator propria voluit illuſtrare, et ſanctificare praeſentia, coeperunt cum omni devotione circuire, et cum intimis deoſculari ſuſpiriis; ſpecialiter autem Dominicae paſſionis, et reſurrectionis Eccleſiam.

(63) EXTRA URBEM. *Tyrius*, [Lib. VIII.] Cap. XXIV. Praeſtitum id per cives *infideles* ſervituti reſervatos, et *pauperes* Chriſtianos, mercede conductos; ſed *Sarraceni* in compedibus cadavera exportaviſſe differit. *Incertus* Cap. XXIX. [pag. 577.] qui hos a fidelibus *exenteratos*, et *combuſtos* ſcribit, *ad aurum extrahendum*, quod vivi deglutierant. Adde Fulcherium Carnotenſem Cap. XVIII. *Scutigeri noſtri, atque pedites pauperiores, calliditate Sarracenorum comperta, ventres eorum jam occiſorum findebant, ut de inteſtinis Byzantios excerperent, quos vivi faucibus transglutiverant, quapropter poſt dies aliquot acervo magno facto de cadaveribus, ea igne combuſſerunt, ut aes illud praedictum in cinere facto facilius reperirent.* Robert. Monach. pag. 76. *Injunctum*

Sic purgata propere urbe, mox agi eſt coeptum, ut urbi REX, et toti provinciae crearetur. Ergo duces, militeſque die quadam (64) cum conveniſſent, et ingens foret omnium exſpectatio, ſurgens Flandriae princeps (65), manu, atque ingenio praeſtans, ita diſſeruit.

„ Magna quidem res, o ſocii, magna in-
„ quam nunc agitur, ac neſcio, an alia toto
„ hoc bello acciderit, quae majorem pruden-
„ tiam, fidem, diligentiam flagitarit. Si e-
„ nim pacatae provinciae jam aſſuetae mori-
„ bus noſtris rex eſſet conſtituendus, minus
„ negotii haberemus, nec veſtrum errorem
„ clades extremae arguerunt; ſed ei quaeritur
„ cuſtos regno, quod hac urbe, pauciſque ex-
„ ceptis oppidis, totum barbari adhuc tenent,

 „ quos

ctum eſt Sarracenis vivis, ut mortuos foras extraherent, etc.

(64) DIE QUADAM. Id *octava* die a capta urbe actum fuit, *Robert. Monachus* loco laudato *Baldricus* pag. 135. *Raimundus de Agiles* pag. 179. *Peractis igitur ſex, vel ſeptem diebus, ſolemniter in octavo die coeperunt agere principes, ut aliquis eligeretur in regem.* Guibertus [Lib. VII.] Cap. XI. *Tyrius* Lib. IX. Cap. I. *Sanutus Marinus* Lib. III. Part. VI. Cap. I. et Omnes. *Albertus* [Lib. VI.] Cap. XXXIII. nonnihil variat, qui *die Dominico* regem electum prodit. Quod ſi verum eſt, non *octavo*, ſed *undecimo* id actum oportet.

(65) FLANDRIAE PRINCEPS. *Concio iſta*

" quos contra ſi vos omnes dimicaretis, nec iis externae afforent opes, non tamen abſque magnis periculis, labore ingenti, ſummo ſtudio, et ingenio, tot oppida, tot munitae undique arces expugnarentur. Cum vero abire inſtitueritis, praeter admodum paucos, quam regem futurum hactenus ducem habuere, nec ſit veriſimile, regem Aegypti quieturum, cui hanc urbem abſtuliſtis, quem paraſſe magnas copias, audivimus, nec aliud exſpectare, quam rei gerendae occaſionem; quis non cenſeat mediocriter ſapiens, eum deligi oportere, qui prudentia, fortitudine, rebus geſtis omnes alios ſuperarit, alioquin ſpem adimi, non modo imperium augendi, ſed partum tuendi ſumma cum laude hoſti ereptum. Nam quo eſt periculum majus, quo inſtat gravior belli moles, eo enixius cavendum eſt, ne imparem tantis rebus praeficiamus. Alius enim mari tranquillo, alius procelloſo navis rector deſideratur; aliamque leves res flagitant curam, aliam graves, et turbulentae, praeſertim bellicae, in quibus peccari abſque pernicie nunquam ſolet, confeſtimque ſequitur poena temeritatem: proinde, ut ſaepe optimi duces parva manu maxima bella confecerunt, " ita

Ita de eligendo rege *culta* eſt, ſed ex *directarum* nu-

„ ita minus praeſtantes, licet magnis copiis
„ freti, crebro quorum ope victi refici, afflicti
„ erigi, perditi recreari tandem poſſent, mi-
„ nus timendum nobis foret. Illi autem pro-
„ cul abſunt, et nos undique hoſtes circum-
„ ſtant, qui ſi fuderint ſemel noſtros, aut clau-
„ ſos hac in urbe obſederint, quae ſubſidia il-
„ li habebunt, vel quae loca excipient fugien-
„ tes a tot barbaris circumſeſſos? Itaque vos
„ praevidentes haec pericula, eum eligere de-
„ cet regem, cujus induſtriam, fortitudinem,
„ ſapientiam his periculis parem exiſtimetis,
„ qui bellicae laudi modeſtiam, fidem, cle-
„ mentiam ſociarit. His enim virtutibus non
„ minus, quam armis magna imperia quaeri,
„ et conſervari ſimul ſolent, cum eiſdem prae-
„ diti reges non modo a bonis, ſed etiam im-
„ probis diligantur, dum chari eſſe magis,
„ quam metui ſtudium habent. Quod ſi ubi-
„ que tales, decet, principes eſſe, belli, et
„ pacis artibus claros, quanto magis in hac
„ provincia, in qua barbari ad cultum Chriſti-
„ anum, ad parendum novis dominis, deſe-
„ rendum veteres mores, ad vitae leges ma-
„ gis graves ſunt revocandi, cui undique tot
„ hoſtes, tot pericula imminent. Jam prae-
„ video animo, ſi (quod abſit) minus idone-
„ um

numero, neque apud ullum hujus belli ſcriptorem extat.

(66)

„ declarabitis regem, odio moti, aut gratia, „ quibus vos vacuos eſſe decet, rei graviſſimae „ incumbentes, quae caedes noſtrorum futu„ ra ſit, quae ruina nominis Chriſtiani, quam „ aegre ſumus tandem laturi, communem uti„ litatem in hac re fuiſſe neglectam, cum vi„ ctos hic noſtros, deletam religionem audie„ mus, et tot laboribus partum decus adeo bre„ vi concidiſſe. Ac forſitan multi prius ge„ ſta magis fortunae, quam virtuti, quae poſt„ hac acciderint mala, temeritati aſſignabunt, „ nec prorſus injuria. Nunquid eſt ſapiente „ indignius, quam egregie rebus geſtis finem „ adeo foedum ponere; neque aliquis haec „ me ideo loqui exiſtimet, quod regium fa„ ctum concupiſcam, et mihi vos oratione „ conciliem; abeſt enim, aberitque is ab ani„ mo meo error, ut me dignum gradu ampliſ„ ſimo, aut parem ei muneri putem; et ſi„ mul Deum, atque homines teſtor, me hoc „ regnum non appetere, nec, ſi daretis ac„ cepturum, mihique in animo eſſe prorſus „ patriam repetendi, neque aliud me ſpecta„ re, quam communem utilitatem, atque ideo „ verba facere, ut, poſthabitis aliis, ſummus „ vir tantae rei praeficiatur.

„ Quae igitur dixi, quaeſo in bonam partem „ accipite, ac veſtris ſuffragiis regem facite, „ cujus virtute novum regnum non modo „ ſervetur, ſed longe magis augeatur. Sic

„ enim

„ enim agentes oſtendetis, eam virtutem eſſe „ veſtram, quae non plus admirationis habere „ quam verae gloriae mereatur.

Poſtquam dicendi finem fecit, quilibet ipſum laudibus efferebat, magni animi virum, prudentem, modeſtum, communi utilitati, non ſuae ſtudentem eſſe dicens, et ejus orationem quaſi a Deo ipſam expreſſam ſervari prorſus oportere. Sed inter tot diverſi moris, ac generis viros exorta eſt magna contentio, dum multi varios putant, qui reges conſtituantur, nec vulgus modo, ſed principes ipſi diſſidebant, quia pleriſque dignitas propria, quam ſalus communis erat carior, quoſdam vero amor, vel odium a recto judicio avertebat. Igitur, ne contentio ſummi honoris gravius malum excitaret, placuit demum, ut quatuor viris, quorum nomen tacet hiſtoria, ejus rei cura delegaretur, qui diligenter vitam cujuſque, ac virtutem ſcrutati, quem aliqui regem creandum putaſſent.

Poſtremo Goffredum omnibus praetulere (66), quorum judicium a toto exercitu magno aſſenſu eſt comprobatum. Ergo Goffredum

(66) OMNIBUS PRAETULERE. *Boamundus* ambibat, ſed Antiochiae agens minus curae fuit. Noramaniae comes oblatum reſpuit regnum, ut Angli volunt; ſed in iſtius belli ſcriptoribus, nihil ſi-

dum (67) velut regem laeti omnes cum ſalutaſſent, ſimul cum illo ad aedem Sepulchri ſunt profecti, ſacriſque ibi peractis, Ramae praeſul coronam ſibi afferri, popoſcit, auro, gemmiſque diſtinctam, ut capiti regis imponeretur. Qui periniquum eſſe, dicens, ſe ibi ferre coronam auream, ubi rex coeli, atque orbis olim ſpineam gravem (68) tulerat per ludibrium illi impreſſam, diadema oblatum protinus re-

ſimile legitur; nec puto tam ambitioſo animo *Robertum*, facile delatum ſibi regnum contempſiſſe, qui tanto periculo Anglicorum poſtea affectavit. Sunt, qui tradunt, oblatum comiti Tholoſano *Raimundo* regnum Hieroſolymitanum. *Albertus* Lib. VI. Cap. XXXIII. Sed ille neglexit, et quia patriam repetendi deſiderio tenebatur, et ſenectute ultima urgebatur; vel etiam, quia, alterutro oculorum amiſſo, deformis et inidoneus regno habebatur, *Guibertus* loco proxime laudato [Lib. VII. Cap. XI.]: unanimus tamen conſenſus in *Godefredum* ferebatur.

(67) ERGO GOFFREDUM. Id eo invito actum loco proxime laudato ſcribit *Albertus*. Plenum eſt *Roberti Monachi* teſtimonium pag. 76. *Communi.. decreto omnium, pari voto, generalique aſſenſu dux Gothefredus eligitur.* Cauſas tantae electionis apud *Baldricum* pag. 135. Praecipua pietas, quam juſjurandum ſecreta inquiſitione domeſticorum comprobavit. *Tyrius* [Lib. IX.] Cap. II.

De *unctione regis Gothefredi* (non unctum Hiſtoria Scotica, et Anglica loquuntur) pluribus non dicam; cum conſtet, rem longe antiquiſ-

recuſavit. Quae res magnam ei peperit laudem, quod pietatem, ac modeſtiam regio faſtui praetuliſſet, atque operibus regem ſe eſſe, non auro, aut purpura oſtendiſſet. Nam a virtute gloria proficiſcitur, veruſque hominum amor, ab opibus odium, ac potentia, nec non infamiae labes, niſi virtuti conjungantur, nec a tyranno regem differre niſi virtute, plurimi tradiderunt. Hunc igitur ego Macedoni Ale-

quiſſimam *regum unctionem* eſſe. S. *Chryſoſtomus* Homil. 4. Act. *Sacrae Literae* Lib. II. Reg. Cap. I. et XIV. Hiſtoricos non advoco in re nota, *Choniatem* Lib. I. *Gregoram* Lib. II. *Paulum Warnefridum*, et alios recentiores. Unicum locum *Conſtantini Manaſſis* e Chronico MS. apud Fridericum Morellum, quo uſus ſum ſaepe, apponam hic de graeco latine redditum: *Inde vicem referens Leo Carolo, veteris Romae imperatorem eum renunciat, et ex legibus Romanis quidem diadema circundat; quin etiam uſus legibus Judaeorum, eum a capite uſque ad pedes oleo inungit.* Addo, *Edgarum* SS. Malcolmi, et Margaretae filium inter Scotiae Reges *primum* ungendi ſolemnitate uſum, praeter Scoti Chronicon *Genebrardus*.

(68) SPINEAM GRAVEM. Eadem omnes ſcriptores locis citatis. *Sanutus*[Lib. III. Parte VI.] Cap. I. *Requiſitus a baronibus, ut more Chriſtianorum regum diadema ſumeret, nequaquam acquievit ibi gemmeam portare coronam, ubi Rex regum ſpineo diademate fuiſſet coronatus.* Vincentius Lib. XXVI. Cap. CI. *Sabel-*

xandro (69) vera in laude anteferrem. *Ille* libidine dominandi, nulla honeſta impulſus cauſa, non injuria laceſſitus orientis opes evertit, magnam fecit hominum ſtragem, multos in ſervitutem redegit, non ad ſalutem hominum natus, ſed ingentem calamitatem. Hic, ut redimeret Chriſti Sepulchrum, religionem amplificaret, multos eliceret ad virtutem, bellum pium, et honeſtum ſuſcepit. Ille unicus belli dux cum exercitu robuſtiſſimo ſub Philippo ſemper victore magnas res haud dubie geſſit, hic abſque imperio, milite cum tyrone,

bellicus Ennead. IX. Lib. IV. *Bergomas* Chronici pag. 188. *Henrici Ranzovii* cultum extat Epigramma, quod apponam.

Omnibus Europae lectis heroibus oris,
Nobile ſuſcepi, Jaſonis inſtar, iter.
At mihi non Colchis, non dives velleris aurei,
Terra fuit votis ſancta petita meis.
Hanc validis armis Solymamque recepimus urbem,
Quae fuerat diro preſſa ſub hoſte diu.
Moenibus inſilui primus ſublimibus urbis,
Hinc data cum regno fulva corona mihi eſt.
Urbe ſed hanc auro Solyma geſtare negavi,
Qua tulit occiſus ſpinea ſerta DEUS.

(69) MACEDONI ALEXANDRO. Futilis haec comparatio eſt, et, ſi ſtudioſus Lector vitia Alexandri Magni affectas, adi ad cultiſſimam Hermolai concionem apud

Q.

ne, lingua, moribus, et genere diſſono, qui voluntarie illi parebat, una cum aliis multis ducibus brevi multas provincias, magnos exercitus ſuperavit, in quo tanta enituit virtus, ut reliqui duces, licet opibus eminentes, ei ſponte protinus cederent. Hujus non temeritas in rebus agendis, non ſuperbia, non crudelitas, non luxuries referuntur. Illius vero ebrietatem, nefarios coitus, amicorum caedes, temere multa in bellis geſta, ſibi aſſertam divinitatem plurimi literis tradidere. Ille manu promptus, et audax, hic fortiſſimus omnium aetatis ſuae habitus eſt. In eo ſane prorſus infelix, quod ejus res geſtas nemo doctrina, et eloquio praeſtans illuſtravit. Graeci autem (70) viri eruditiſſimi non modo veris lau-

Q. Curtium Rufum Lib. VIII. [Cap. VII.] et *Tit. Livium* Lib. III. [Cap. XVIII.] quem nimis laſcivientem in ordinem ego redegi, publicis Bononiae anno ſuperiori praelectionibus.

(70) GRAECI AUTEM. Res Alexandri eodem cum illo aevo ſcripſerunt authores XXXVII. *Plutarchus.*

Quarto die, aut, ut aliis viſum, quinto, a coronato Gothefredo *obiit Urbanus* II. pontifex, et in Divorum numerum relatus, *Arnol. Uvion.* Lib. III. Ligni Vitae pag. 241. *Onuphrius Panvinius* in Epitome Pontific. Romanorum. IV. Kal. Auguſti, ait *Roger. de Hoveden.* Annal. Part. I. pag. 268. Et fuſius *Vincentius Bellovacenſis* in Speculo Lib. XXV. Cap.

laudibus Alexandrum, ſed etiam fictis extulerunt, modum hiſtoriae non ſervantes.

Dum Hieroſolymis omnes quieſcunt, praeter Trancredum, et Euſtachium, quos Goffredus in Samariam miſerat, ut eam provinciam occuparent, ultro ſe illi offerentem, quidam regi ſignificarunt, magnum ducem regis Aegyptii ad Aſcalonem urbem veniſſe, ibi habere maximas copias, quibuſcum Hieroſolymas petere inſtituerat, et in eo exercitu non modo Aegyptios, ſed Damaſcenos, atque Arabes eſſe, quotidie novos addi milites, claſſem etiam apparant, ut mari, ac terra bellum excitaretur, ipſum ducem, Claſdalam dictum (70), non

Cap. LXXXIV. S. *Antoninus*, *Platina*, *Trithemius* Lib. IV. de Vir. Illuſtrib. Ordin. S. Benedicti Cap. XIII. *Epiſtolarum* ipſius regiſtrum in unum collegit corpus *Leo Cardinalis* Monachus Caſinas, ut retulit *Petr. Diaconus* de Vir. Illuſtrib. Montis Caſini Cap. XXXI. ad manum non ſunt, *Raphaël Maſſaeus*, *Volaterranus*, *Flavius Blondus*, *Paulus Aemilius* Lib. IV. Hiſtor. Francor. *Joannes Mariana* Lib. X. Hiſtor. Hiſpan. Cap. V. a quibus non tantum de *rebus* et *morte* S. Urbani II. multum peti poteſt, quod in uſum vertatur; ſed etiam de *Bello hoc Sacro*. Porro *Urbani* II. non alius *cippus*, aut elogium fuit, quam iſtud. URBANUS II. AUTHOR EXPEDITIONIS IN INFIDELES.

(71) CLASDALAM DICTUM. Variant a *Noſtro* omnes, quod ſciam, hu-

non Aegyptium, ſed Armenium eſſe, qui jampridem Chriſti religionem deſeruit, haberi peritum militarium rerum, neque aliud magis cupere, quam ut proelio cum Chriſtianis decernat, ſpemque habere prope certam eos vim ſuam non laturos. Eo nuntio rex permotus, alios duces exhortatur, ut una ſecum ad hoſtem pergant. Quibus aſſentientibus, milites omnes arma capere, atque ad iter parari jubet, mittit nuntios Tancredo, et Euſtachio, qui eos propere revocarent. Demumque omnibus apparatis, relicto urbi praeſidio valido, contra hoſtem contendit, atque in loco Ibelim dicto poſuit caſtra, ibi eum exſpectaturus.

hujus Belli ſcriptores. Sanuto [Lib. III.] Part. VI. Cap. I. *Elafdolef.* Rogeto de Hoveden loco laudato eſt *Lavedalius*, et in ora libri notatur *Luedalius*, licet tota ea Hovedeni relatio ſit falſa, et contra hiſtoriae fidem: vult enim *Lavedalium* Chriſtianis victoriam peperiſſe, cum de eo victoria a Chriſtianis *Gothefredo* rege parta fuerit, ut omnium authorum concordia evincit. Bellum hoc geſtum pridie eidus Auguſti. *Ammiraviſus* eſt, qui apparat bellum ad Aſcalonem, *Anonymo* in fine operis [de Geſt. Franc. pag. 29.], et *Admiraviſum* vocat *Robertus Monachus* pag. 77. Idem nomen in *Baldrico* pag. 137. qui ipſum Aegypti regem interfuiſſe vult, uti et *Raymundus de Agiles*, qui pag. 181. *Admiravis* vocat. Huic expeditioni ipſum regem Babyloniae interfuiſſe, ait *Ful-*

rus. Fortuna etiam, quae in bellis plurimum poteſt, rei bene gerendae occaſionem dedit. Quidam paſtores armenta magna boum ducentes, nec non ovium, et equorum greges verſus caſtra contendebant, ſimulque plures armati ad cuſtodiam illis additi, ne a latronibus beſtiae caperentur, quos non procul jam abeſſe, nubes ingens pulveris indicabat. Qua conſpecta, rex adventare hoſtem, ratus, ducentos equites propere miſit, qui rem ex propinquo ſpecularentur. Hi propius accedentes, cernunt, beſtias eſſe, quos paſtores mixti armatis cuſtodiebant, quos noſtri aggreſſi nullo negotio cum fudiſſent, cum beſtiis omni-

Fulcherius Carnotenſis Cap. XIX. ducemque ejus militiae *Lavendaſium* appellat. Ab his diſſentit *Guibertus Abbas* [Lib. VII.] Cap. XVI. *Victoria, Babyloniae militiae princeps, quem patria lingua Admiraviſum vocitant, confuſus* etc. Alberto Aquenſi [Lib. VI.] Cap. XLI. *Meravis* dicitur *ſecundus a rege Babyloniae.* Rurſus idem Lib. VII. Cap. X. *Meravis*, qui *poſt regem ſecundus imperat.* Incertus tamen Cap. XXXI. [pag. 577.] regis Babyloniae *ducem Lavendalium* ſcribit. Sed fons hiſtoriae iſtius Tyrius, *Elafdalium* cognomento *Emireum* vocat Lib. IX. Cap. X. Sed, cum eadem voce aliis in locis Tyrius utatur, exiſtimo vocem *Arabicam* eſſe, et depravatam; nam *Soldani, Circaſſique*, et *Cumani* ea tempeſtate ſic vocabantur, quaſi *principes purpuratos* dicamus. Vir non eruditus

omnibus, et quibuſdam capitivis laeti ad caſtra revertuntur. Cumque ex captis (72) eorum conditio, unde venirent, quo properabant, quaereretur, per interpretem reſponderunt, eos quorundam eſſe greges, qui oppida plura in proximis montibus obtinebant, ſeque ab illis miſſos fuiſſe, ut in paſcuis beſtias cuſtodirent. Et, ubi acceperint, magnas copias ab Aegypto profectas jam non procul conſtitiſſe, quemdam ab iis fuiſſe miſſum, qui ubi eſſent, quid pararent, qua facturi eſſent iter, exploraret. Illum autem retuliſſe, vix iniri equitum numerum, ac peditum poſſe, omnes habere unum ducem, atque ipſum palam dicere, ſe in Judaea Chriſtianos omnes deleturum, et via eadem, qua ipſi venerant, proficiſci, neque procul illum abeſſe. Itaque ipſis cu-

tus ad *Haythoni Armenii* Cap. XV. et ultimi ſaeculi ſcriptores Graeci *Ameres*, et *Ameradas*; Paulus Diaconus *Amiras*, et *Amireos*; recentiores *Admiratos*, et *Ammurmos* dixerunt. Stupenda eſt Authorum varietas: eſt enim *Ammiraldus* Alberto Lib. VI. Cap. LV. *Amermumnes* Curapalati pag. 98. *Admiraldus* Otthoni Friſingenſi Lib. VII. Hiſtor. Cap. III. *Heguenes* Joanni Zonarae in Michaële Paphlagone. *Ameras* Nicetae Choniatae Lib. V. Diligens orientalium linguarum hanc diverſitatem appellationum facile conciliabit.

(72) CUMQUE EX CAPTIS. Stratagema hoc ple-

cuſtodibus viſum tutius, armenta, et greges ad montes reducere, quam exercitus fidei licet amici ſe ſe credere, dumque unum vitant periculum, eos in majus incidiſſe. Quorum verbis cognitum eſt, pugnam cum hoſte imminere, illumque brevi affuturum.

Igitur prima luce rex inſtruit ſuas acies, et, quoad hoſtis appropinquaret, imperat, milites cibum capere, quo firmiores in proelio eſſent: beſtias captas, jubet, quoſdam pedites ducere, atque in loco, tribus millibus paſſuum a caſtris diſtante, clam conſiſtere, ſimul ducentes miſit equites, eis admonitis, ut ſuum nuntium exſpectarent. Cum vero ex illo, tempus movendi eſſe, audierint, mox cum beſtiis magno impetu contra hoſtes contendere. Quibus prudenter praeparatis, paulo poſt hoſtiles

plerique obſervarunt. *Tyrius* [Lib. IX.] Cap. XII. *Circa horam undecimam apparuit eis in campeſtribus quaſi de remoto multitudo ingens... praemiſſi... cognoverunt, armenta eſſe boum, equorum, camelorumque phalanges:* narrat deinde *Noſtro* conformia. *Raymundus de Agiles* circa finem [pag. 181.] eadem.

Hujus conflictus imaginem ſic ponit *B. Bernardus Scotus:*

Ut primum matutina caput aurora levavit,
Ad miſſam reſonans cunctos campana vocavit,
Miſſa peroratur, populus domino ſociatur,
Quae benedicuntur ſacra mu-

les copiae ſupervenerunt, numero ſupra modum noſtris praeſtantes, atque ob hoc plenae ſpei pugnam deſiderabant, quae ſane illis aucta eſt, poſtquam noſtros adeo paucos conſpexerunt. Galli autem, aliique ſemper vincere aſſueti, et vanos tumultus, maximas acies barbarorum contemnere, minime hoſtes metuebant. Itaque non alio animo ibant in eos, quam ſi par pecudum numerus trucidandus eſſet. Rex etiam, acies obeundo, animos verbis accendebat, virtutis priſtinae, rerum geſtarum, ignaviae hoſtium cunctos admonens, quodque, ſi in ea vicerint pugna, nutans adhuc firmabunt regnum, et, qui abire tandem volent, ſoſpites domum revertentur; ſi vero ſuperabuntur, ipſos omnes cum reliquis Chriſtianis per totam Judaeam perituros. Igitur barbari numero freti (73), noſtri virtute, ac

munera, dum capiuntur,
Exit ab eccleſia plebs, atque cucurrit ad arma,
Et jejuna ſuum contraria pergit in hoſtem.
Claſſica, ſiſtra, tuba, poſtquam rex exit ab urbe,
Inſonuere ſimul; quorum clangoribus omnes
In gyrum montes, cum vallibus, echo ſonabant,
Terroremque ſuis inimicis incutiebant.

(73) NUMERO FRETI. Erant enim *trecenta millia* barbarorum, ſi fides

ac rebus geſtis, acriter manus conſeruerunt, ſicut animo, ita etiam periculo impares. Nam Chriſtiani ſatis intelligebant, nihil tutum, praeter victoriam, illis eſſe, nec ſolum pro laude, atque imperio, ſed pro ſalute, neceſſitate urgente, dimicabant. Quae res etiam timidos fortes facit. Barbari vero pro alieno imperio cum pugnarent, atque in proximas undique regiones tutum refugium ſe habere, non ignorarent, nec in victoria magnam ſpem, nec in fuga ingens periculum animis ſuis proponebant. Proinde minus pertinax virtus eorum, quam ex adverſo dimicantium erat, diu tamen grave, et anceps fuit certamen, quia noſtri a turba hoſtium paene obruebantur, quos undique circumfuſos more ſuo ludificantes, quanquam plerumque magna cum caede reprimebantur. Longe tamen pauciores non facile vincere ab initio poterant hominum turbam paene innumerabilem, et, ſi parte ab una fiebat fuga, ab aliis acriter pugnabatur. Plerumque etiam noſtri ob impetum hoſtium parumper cedebant, neque aliquid erat aeque noxium, ac ſagittae innumerabiles a barbaris jactae, quae permultos homines, plurimos equos vulnerabant, omnes tamen difficultates, ducum, et militum ingens virtus egregie tulit.

des *Alberto* [Lib. VI.] Cap. L. Chriſtianorum; non-

ſit. Invicem enim ſe hortantes, non modo barbaros propulſarunt, ſed intulere acrius ſigna, eoſque pedem referre, coëgerunt. Nuntius quoque ab rege miſſus, conditos in inſidiis ire ad pugnam cum juſſiſſet, gregeſque omnes una ducere, mox illi profecti tantum pulverem longe, ac late ſuſtulerunt, ut infinita quaedam turba inde venire videretur. Ea conſpecta pulveris nubes hoſtes mirari, primum coëgit, deinde, viſo equitum agmine jam certamini propinquante, cum reliquam multitudinem ipſi Aegyptii non diſcernerent, putarunt, magnas acies hoſtium eſſe, ad opem ferendam ſuis tendentes. Ideo territi ſupra modum, cum vix alios ſuſtinerent, fuga ſibi conſuluerunt, quos fugientes equites perſecuti tantam de iis fecerunt caedem, ut ſtrata paſſim cadavera omni ex parte cernerentur. Caſtra etiam capta ſunt, in quibus praeda ingens eſt reperta. Ex noſtris multi in ipſo proelio vulnerati ſunt, pauci admodum interfecti. Equorum ingens fuit jactura, qui ſagittis confoſſi perierant. Sed multi hoſtibus ipſis erepti detrimentum acceptum magna ex parte ſupplevere.

Hoc proelio facto (74), rex victorem exercitum

 Hie-

non niſi *viginti millia.* Alii variant.

(74) PROELIO FACTO. Eidibus Augusti feria ſexta,

Hieroſolymam urbem reduxit. Poſtquam quieta omnia erant, nec bellum denuo reparari audiebatur, praeſertim ab ipſo Aegypti rege, qui fractus animo, atque anxius ob acceptam nuper cladem non vim inferre, ſed propulſare cogitabat: Flandriae, Normandiaeque princeps cum ſuis copiis abierunt (75): et poſt reliqui omnes, praeter admodum paucos, qui novo cum rege remanſere, ad patriam ſuam reverſi ſunt. Boamundi nepos Tancredus, cum in Judaea remanſiſſet, Galilaeam, quae ab hoſte deſciverat, ab ipſo rege dono accepit, quo cum ſimul rex finitimis bellum inferens, quaſdam ſubegit ſibi urbes, et quoſdam tenentes montana oppida ſibi parere, demum coëgit. Praeterea in Arabiam cum exercitu tranſiens, magnas barbaris intulit clades, et praeda ingenti eſt potitus, cum qua milites omnium rerum paene inopes recreavit. Ibi eidem caſtra habenti miſſi nuntii retulerunt, magnum principem illius regionis eximio corporis robore praeditum, militariſque artis non expertem ſecum congredi maxime cupere, ut ei familiaris efficeretur, cujus laudes adeo magnas

ta, ut loco jam laudato ait *Albertus*. Pridie Eidus *Raymundus* ait.

(75) ABIERUNT. *Flandriae*, *et Normaniae regnli* navigio *Conſtantinopolim*, inde in *Apuliam* navigarunt; tum pedeſtri itinere *patriam* repetierunt, *caeterum quoque multi*, *tam de*

gnas accepiſſet. Cui rege fidem dante, tutum ei aditum fore, intra paucos idem dies in caſtra regis pervenit, quo cum aliquot dies verſatus, ejus modeſtiam, comitatem, prudentiam, quam verba ipſa indicabant, et erga omnes facilitatem non minus admirabatur, quam laudes militares, quae (ut ait bonus orator) magis fortunae, quam virtuti debere exiſtimantur, nec modo imperatori, ſed exercitui ſunt communes. Itaque, quod forſan armis non potuiſſet, idem rex barbarum his virtutibus ſuperavit, a quo perſanctae, quoad vixit Goffredus, amicitiae jus eſt obſervatum. Nec modo ipſi regi obtulit munera, ſed frequenter multa illi, et magna tranſmiſit.

Poſtquam Goffredus Hieroſolymas rediit, laeti nuntii attulere, illius fratrem Balduinum, ſimulque Antiochiae principem, ipſam Judaeam jam ingreſſos, magnum exercitum ſecum ducere, non ob aliud motos, quam ut votum explerent, regique ipſi de parta victoria gratularentur. Ideo ſtudium eſt adhibitum, ne quid laute eis deeſſet. Millia enim ſex

(76),

de ſummis, quam de minimis, quibus placuit aedes patrias reviſere, ait Incertus Cap. XXXII. [pag. 578.] *Quidam puſillanimes et paupertate deſperantes; quidam vero divites, et ſpoliis hoſtium locupletati, Deo gratias agentes, diſceſſerunt.* Fulcherius conſen-

(76), et viginti ſimul peditum, atque equitum eos duces ſequebantur, quorum multi nuper ex Gallia, et Italia venerant, ut Hieroſolymam peterent urbem, deinde, voti compotes facti, ad domeſticos lares redirent. Hos igitur omnes, cum ad urbem veniſſent, rex excepit regio apparatu, et cum ſaevire inciperet hyems, uſque ad prima ſigna veris in Judaea retinuit, mirum in modum fratris praeſentia, Boamundique laetus, quorum adventus non modo exterruit proximos hoſtes, ſed Aegyptium quoque regem, hos veniſſe, exiſtimantem, quo armis Aegyptum occuparent. Itaque urbes munire, arma, equos, viros parare, aditus interſcindere, praeſidia multis in locis diſponere, per totam hyemem non intermiſit. Illi vero alia quadam mente praediti longe diverſa inſtituerant. Nam, quia domi undique circumfuſos habebant hoſtes, proque iis propulſandis parvum praeſidium ibi reliquerant, eo animo erant profecti, ut celeriter, quantum poſſent, ad ſua tuenda revertecentur. Ideoque, ubi aſperitas hyemis ceſſavit

ſentit Cap. XIX. in fine. *Tyrius* [Lib. IX. Cap. XIII.

(76) MILLIA ENIM SEX. *Aliunde* ex hiſtoriis Italicis, et *Roberto Gaguino*, *Pauloque Aemilio* in rebus Gallicis haec deſumpſit *Noſter*: nam in hujus belli ſcriptoribus ne verbum quidem de hoc ſacrae expeditionis ſupplemento.

(77)

vit, cum iis, quas ambo duxerant, copiis Coeleſyriam petiere. Rex, exercitu ex hibernis deducto, contra finitimos hoſtes proceſſit, cum quia otio (77) erat infenſus, tum etiam quia nulla externa ope ſubnixos facile opprimi poſſe, cenſebat, nec omittendam eſſe occaſionem ab ipſa fortuna ſibi oblatam. Igitur agros hoſtium longe, ac late populatus, quaedam deinde cepit oppida, vel, dedentibus ea barbaris, ne graviora paterentur, vel violenter expugnata.

Poſt ad maritimam flectens oram, caſtellum obſedit, Arſur dictum, parum ab urbe Joppe diſtans, quod antea barbari egregie munierant, id, quod accidit, ſuſpicati. Rex nequicquam multa expertus, poſtquàm vidit nihil profici, nec impediri armis poſſe, quo minus a mari neceſſaria omnia intra oppidum deferrentur, in ipſo maris litore ſitum, re infecta, eo animo inde abſceſſit, ut vere primo paratior, atque inſtructior ad oppugnandum id rediret. Prius autem, quam abiret, referunt quidam, veniſſe in caſtra plures barbaros, proximos montes incolentes, qui munera multa ipſi regi attulerunt, quem ſedere in terra ſine pompa, ſine regio apparatu, cum vidiſſent, admiratos fu-

(77) CUM QUIA ut alia multa. OTIO. *Curtianum* hoc,

(78)

fuiſſe, quod imperator adeo magnus, qui totum orientem turbaſſet, ita ſe inornatum humi ſedentem conſpici, pateretur. Cumque interpres, rege audiente, verba illorum retuliſſet, riſu oborto eum dixiſſe, neminem, quamvis magnum, debere indignum exiſtimare in ipſa terra conſpici quieſcentem, ex qua genus humanum (78) prodierit, inque illa ſit recaſurum.

Sequenti anno fere in exitu Maji (79) menſis

(78) EX QUA GENUS HUMANUM. *C. Plinius* Lib. II. Cap. LXIII. *Terra parens hominum, ut coelum Deorum.* Et Lib. VII. in Praefat. *Claudianus* in Gygantomachia, et *Fulgentius* in Mythologia Deae Magnae. Alii paſſim.

(79) IN EXITU MAJI. *Error* numeralis manifeſtus, nam die 18. *Julii*, ſive, ut loquitur *Tyrius* libro citato (IX.) Cap. XXIII. *decimoquinto Kalendas Auguſti.* Incertus concors Cap. XXXV. [pag. 579.] Error alius apud *Marinum Sanutum* [Lib. III.] Cap. III. parte laudata [VI.] qui exitum ponit Gothefredi in diem *Junii* 18. facili correctione pro *Julii.* Laudes apud omnes, quare et hoc *Epitaphium* accipe, antiquum quidem illud, sed authore incerto vulgatum, neſcio an B. *Bernardi Scoti*;

Francorum gentis, Sion loca ſancta petentis
Mirificum ſidus, dux hic recubat Gedefridus,
Aegypti terror, Arabis fuga, Perſidis horror,

Rex

ſis rex in adverſam valetudinem incidit, brevique morbo invaleſcente, in quo repellendo ſummum ſtudium eſt adhibitum, in medio curſu victoriarum diem obiit, et elatus regio funere in aede Sepulchri eſt ſepultus. Vir belli, et pacis artibus praeſtans, bellicis tamen memorabilior: in quo non luxuries, non crudelitas, non avaritia, non ſuperbia unquam eſt cognita; quinimo tradunt ſcriptores, continentia tanta, manſuetudine, clementia, religione, ju-

Rex licet electus, rex noluit intitulari,
Nec diademari, ſed ſub Chriſto famulari.
Hujus erat cura, ſua Sion reddere jura,
Catholiceque ſequi pia dogmata juris, et aequi,
Totum ſchiſma teri, circum ſe juſque foveri,
Et ſic cum ſuperis potuit diadema mereri.
Militiae ſpeculum, populi vigil, anchora cleri,
Huic virtute pari frater datur aſſociari,
Balduin inſignis gentilibus, et ferus ignis.

Et aliud de eodem rege Godefrido *Epitaphium* ex Jacobo Bidermanno Lib. III. Epig. LXXXIV.

HIc eſt ille Syri domitor Tulingus Orontis,
Primus Idumaeas, qui reparavit opes,
Seſtiacon primus trajecit Boſphoron unda,
Ferret in Abdaridas victor ut arma duces.
Non illum Phariae ſimularunt jugera glebae,

Non

juſtitia, liberalitate illum fuiſſe, ut omnes eum non modo admirarentur, ſed etiam obſervarent, colerent, et ſummo honore proſequerentur; viribus corporis, magnitudine animi, et belli artibus ita excelluiſſe illum, ferunt, ut neminem parem ſua aetate habuerit.

Hunc

Non illum Tyrii barbara praeda freti;
Sed Solymae turbata quies, aevumque ſepulchri,
Lugubre, et amiſſae tabe inhonora crucis.
Mox reſeravit ubi juſto ſacra limina bello,
Ah! quoties fuſis limina lavit aquis?
Ah! quoties inopem ditavit prodigus aram,
Et trepido captam poplite preſſit humum?
Quod meruit primus, primus diadema refugit,
Nec tetigit juſſa ſceptra recepta manu.
Grande putent alii diademata quaerere reges,
Grandius in regno ſpernere regna fuit.

De *canonicis* ad ſepulchrum Domini inſtitutis, et *templi militibus*, deque renovata ſacri *Lateranenſis ordinis* dignitate, omnes laudati; maxime *Tyrius* [Lib. IX.] Cap. IX. et *Sanutus* [Lib. III. Parte VI.] Cap. I. de *electione* patriarchae, *improbitate* Maturanenſis epiſcopi, cujus defuncti, ne cadaver quidem inventum, et *ſuggeſtione* Ernulfi Angli, multa apud eoſdem Scriptores; tandem ut apoſtolica ſede *Daimbertus* Piſarum antiſtes legatus miſſus, et *patriarchatui admotus*. ut cum rege *contenderit*, ac demum *ſimultates depoſuerit*, abunde dixi in He-

tru

Hunc in Bononia (80) Galliae urbe ex Eu-

etruria Regali Lib. V. Cap. III. et ſatis omnia ſunt nota.

(80) BONONIA, vel *Bolonia*, ad diſcrimen hujus noſtrae, quae olim *Aemiliae*, et prius etiam *Hetruriae caput*. Certe olim iſta noſtri Godefredi patria *Geſſoriacum portus* Morinorum, et *navale*; vel ut Ptolemaei habet codex Γεσσοριακὸν. *Geſſoriacum* audiebat apud Caeſarem, et Suetonium [in Claud. Cap. XVII.]. Eadem urbs eſt *Geſorigia* in Panegyrico Maximiani: in Scoti noſtratis Itinerariis, quae falſo *Antonino* adſcribuntur, *Legio 26.* eſt. Hoc Hermolaus Barbarus *Brugas* putat, noſter Hector Boëthius *Sluſam*: uterque male. Joannes Talbotus *Caletum* interpretatur; Adrianus Turnebus *vicum* prope Audomarum *Soaci*; Joſephus Scaliger Notis Auſonianis [Lib. I. Cap. XXIII. *Fiſſore*] nomen adhuc in viculo ſupereſſe. Sed verior ſententia omnino, et doctioribus placens eſt, Geſoriacum eſſe noſtram *Bononiam*, vulgo *Bologne*. Papinius Maſſonus in Annal. Gallicis; Jacobus Meyerus in Flandricis; Lelandus in Anglicis; Scotichronicon in Scoticis; Peutingeri Tabulae *Geſſoriacum quod nunc Bononia*. Et in eodem illo tractu Ammianus Marcellinus [Lib. XX. Cap IX], et Zoſimus [Lib. VI. Cap. II.] *Bononiam* locant: *oppidum Bononienſe* apud Panegyriſten Conſtantini Auguſti [Cap. V.]. Huc tranſlata *epiſcopi ſedes* Tervana a Carolo V. diruta, *Ortelius*, *Miraeus*, *Marcus Velſerus*, et alii Authores Belli Sacri; unus pro omnibus Tyrius Lib. IX. Cap. V. *Oriundus de regno Francorum de Rhemenſi provincia, civitate Bolonienſe, quae eſt verſus mare*

ſtachio patre (81) natum, et ex avo materno nomen traxiſſe, Balduinum, Euſtachium, et Gulielmum fratres illi fuiſſe claros, atque inſignes, eumque materno avo ſine filiis mortuo ſucceſſiſſe, ac Loteringiam, cujus fuerat ille princeps, obtinuiſſe. Inter cujus clara opera qui-

mare Anglicum. Sanutus [Lib. III. Parte VI.] Cap. I. *Francigena natione fuit Bononienſis comitis filius.*

(81) EUSTACHIO PATRE. *Stemma* ejus ſupra attigi. Adde hic *Sanutum* Cap. II. et *Incertum* illum ſcriptorem: ſed nec pigebit *vetuſti* alicujus auctoris verſus hic poni, ſunt enim non inelegantes:

Venerandus Podienſis Aimarus epiſcopus
Sumpſit curam ab Urbano Domini exercitus;
Bojamundum dux Robertus Wiſcardus Apuliae
Genuit valde potentem ducem Antiochiae
Urbium exterior Flandriae Bolonia,
Reges ambos edidit nobili proſapia
Balduinum patre Euſtachio; Ida mater principes,
Regentes Hieruſalem genuit hos nobiles,
Fit, poſt mortem Gothefredi regis inviſtiſſimi,
Balduinus frater ejus dux ex Hieroſolymis;
Pater regum, rex Philippus, et Robertus Flandriae
Orti ſunt aequipollentes de regali ſemine;
Ida mater Karlomanni, deſcendit de genere,
Soror ducis Godefredi inclyti Lothariae.
Robertus comes Flandrenſis probus, miles inclytus,
A Turcis appellatur Georgii filius,
Patriarcha, rex, et cuſtos ſepulchri, de Flandria,
In urbe capta Salomonis obtinent regalia.

(82)

quidam etiam retulere, quod ejus affinis (82) Cymber, genere nobilis, vir, et bello praeſtans, cum in judicio ad Romani tribunal principis eum vocaſſet, quaedam ex eo petens oppida, quae ſua eſſe, contendebat, nec aliquo modo pax inter eos conveniret, ſummo ſtudio perquiſita, tandem more provinciae decretum fuiſſe, ut ambo invicem ſingulari certamine dimicarent, victum non cauſam ſolum, ſed etiam vitam (ſi vellet victor) amiſſurum. Itaque die ſtatuta, pugnam incipientes, illos acriter equis vectos concurriſſe, pluresque horas marte ancipiti concertaſſe. Poſtquam vero enſis Goffredi quodam ictu ita eſt fractus, ut pars exigua una cum capulo ejus in manu remaneret, tunc principem ejus miſertum de pace agere incepiſſe, quam oblatam, hoſtis aſſenſu, non omnino illo indignam, tamen ipſum repudiaſſe, quaſi victo leges imponerentur, et, concitato in aduerſarium equo, ipſum cum capulo ita in-

(82) EJUS AFFINIS. Narrat facinus hoc, ſuppreſſo affinis nomine, *Tyrius* [Lib. IX.] Cap. VII. et cum Noſtro convenit in *Monomachiae* Legibus, quae in re dubia publice concedebatur; notum ex *Gratiani Decreto*, et multis proſequitur *Joannes Savaro*, vir incomparabilis Opere de Duello. Durat apud Scotos etiam hodie conſuetudo (licet ab eccleſia damnata), ut majeſtatis inſimulatus *duello* ſe cum de-

in caſſide percuſſiſſe, ut is attonitus, et mortuo ſimilis ipſo ex equo laberetur. Supra quem ſtratum ad terram, nec pedes, aut manus moventem victor Goffredus, dimiſſo equo, cum ſtetiſſet, caſſideque illi detracta, cunctis aperte oſtendiſſet, vitae, neciſque adverſarii ſui eum habere poteſtatem, nonnullis accitis, qui principis juſſu pacem tractaverant, ait, quas abnuerat prius conditiones, tunc ſe libenter accipere, ut cunctis pateret, non ob aliud eas repudiatas, quam ne metu hoſti ceſſiſſe videretur. Qua ex re pietatis eximiae, magnitudinis animi, fortitudiniſque ingentem laudem eſt adeptus.

Aliud quoque dignum gloria hujus viri traditur facinus. Princeps Henricus (83), tunc Romanus imperator, poſtquam accepit, Saxones ab

delatore purget, ſi teſtes deſint; et inter Franciſcum Nonbray, et Italum quendam ante annos XXV. in Scotia ſic dimicatum. Jure autem *Civili* licitum in perduellii crimine duellum, *Franciſcus Accurſius* notavit in Gloſſis Lib. III. Inſtitution. Civil. Tit. 1. §. 5. et confirmatur Leg. qua actione 5. ſi quis ff. ad L. Aquil. L. modis ff. de re judic. L. Athleta. ff. de his qui not. infam. L. 1. C. de Athletis. L. Athleta. ff. de excuſat. tutor. L. ſpem C. quae res pignor dat. poſſ. L. Donationes in fine. ff. de Donation.

[83] PRINCEPS HENRICUS. Tyrius lato D. L. Cap. VIII. in ſingulis *Noſtro* concors. Fuit is Hen-

ab eo rebellaſſe, regemque (84) ipſo invito, ſibi ipſis conſtituiſſe, magnum exercitum comparavit, ut hoſtes novos ulciſceretur, cumque ſignis collatis pugnare inſtituiſſet, in conſilio eſt agitatum, cuinam vexillum imperij traderetur, et, cunctis aſſentientibus, illud Goffredo datum eſt velut omnium praeſtantiſſimo, qui, dum pugna erat ingens, regem hoſtium conſpicatus, magno impetu eum invaſit, quem haſta infeſta cum transfixiſſet, moribundum ex equo dejecit. Cujus morte per acies divulgata, trepidi hoſtes fuga ſibi conſuluerunt; ita illius virtus eo die Romanum imperium tutata eſt. Plura, et alia hujus viri, cum pace, tum bello inclita facta referuntur, quae praetereo, longitudinem veritus, neve magis, quam decet, ab inſtituto digredi videar.

Poſtquam bellum pro Sepulchro Chriſti ſuceeptum jam abſolvi, quae ſcribenda reliqua cenſui, paucis verbis referentur. Cujus enim in his rebus erit utendum, quas nonnulli alii reges poſt Goffredum geſſere, quorum nomen, ne omnino eſſet obſcurum, et vita incognita, pauca de illis profecto jam ſuperaddere operi, non ab re fore exiſtimavi.

Henricus III. Sed hic mos, et *Decretis Concilii Tridentini* et *Bullis ſummorum pontificum* ſub graviſſima poenatum cenſura jamdiu omnino damnatus, et abolitus eſt.

(84) REGEMQUE. Fuit

Goffredo igitur vita functo, Balduinus frater (85) Judaeae regnum ſuſcepit, vir praeſtans bellicis artibus, cujus virtutem ſpecies corpo-

ris

Fuit is *Rodulphus*, Tyrius ibidem loci, et *Annales Saxonum* uberius, plenius, ſed neſcio an vere. *Militiam Godefredi ſub Henrico III.* deſcribit *Gulielmus Malmesbur.* Lib. IV. Hiſtor. Anglic. pag. 81. Quod, orta inter pontificem, et imperatorem controverſia, imperator Romam obſederit; quod eam primus Godefredus intraverit, dejecta magna muri parte; quod vino venenato ebibito, quod ſponte Romani toxico infuſo corruperant, in gravem inciderit languorem, qui duraverit uſque ad votum Sacri Belli, ſumptamque crucem; ac demum regno inito, victoque ad Aſcalonem Ammiravigio, cum curas militares remiſiſſet, otioque indulgere coepiſſet, rediiſſe veteris morbi languorem, eoque illum extinctum, opinio fuit nonnullorum, in his *Albertus Aquenſis* Lib. V. Cap. XIII. *Partem illam moenium ei forte obtigiſſe, ubi Tiberis influens mare, ſuas exhalat nebulas, quarum pernicie omnes milites ejus, praeter ducem interiiſſe, ipſum, amiſſis crinibus, et unguibus, dubie convaluiſſe*: Haec *Malmesburienſis*, qui *leonem* eum interfeciſſe ſubjungit ſolum, unoque venabulo, *urſum* ab eo proſtratum in ſimili occaſione narrat *Guibertus* [Lib. VII.] Cap. XII. de *Turca* unico ictu miranda virtute perempto, *Albertus* Lib. II. Cap. XXXIII. et nos ſupra in obſidione Antiochiae quippiam expedivimus. Illud laudum culmen eſſe po-

po:

ris ampla (86), et magnifica honeſtabat, hic in Judaeam proficiſcens, regium nomen accepturus, magnas in via (87) hoſtium copias parva manu ſuperavit, qua in pugna plus valuiſſe regis prudentiam, quam vires ſuorum, quidam tradunt. Nam, cum hoſtes loci anguſtias obſediſſent, velut metuens Balduinus fugere ſimulabat; poſtquam vero animadvertit ſparſos hoſtes abſque ordine inſequi, et loco iniquo ſucceſſiſſe, repente, ſignis converſis,

poterit, quod quolibet enſe *cameli* caput uno ictu amputaret, *Tyrius* Lib. IX. Cap. XXII.

(85) BALDUINUS FRATER. *Tyrius* Lib. X. Cap. I. *Jacobus Cardinalis de Vitriaco.* Cap. XCIII. *Balduvinus comes Edeſſanus... primus rex Latinorum Hieroſolymitanus fuit: nam frater ejus, ubi Dominus ſpinis coronatus fuerat, regio diademate coronari recuſavit.*

(86) SPECIES CORPORIS. *Tyrius* Cap. II. *Altior erat univerſo populo ab humeris ſupra*; ut de *Saul* dicitur in ſacra *Regum Hiſtoria* Lib. I. Cap. X. *Reges* autem *a corporis pulchritudine eligi ſolitos* notius eſt, quam ut dici debeat. Vide Commentarios meos in *Claudianum* Lib. I. Laud. Stiliconis [vſ. 45.]

Spondebatque ducem
celſi nitor igneus oris,
Membrorumque modus,
qualem nec carmina
fingunt
Semideis.

(87) IN VIA. Prope *flumen Canis.* Tyrius [Lib. X.]

eos invadens terga vertere illos, coëgit, quo tandem regnum adepto, Tancredus, qui Galilaeam tenebat, memor injuriae (88) ſibi a Balduino illatae, atque illi adhuc infenſus, tradita ei ſua provincia, protinus abiit, profectumque Antiochiam urbem cives laetiſſimi ſuſceperunt carentes principe, quem jampridem barbari ceperant. Novus rex certior factus, multos Arabes latis in campis conventuros, ad celebrandum feſtum diem, magnis profectus itineribus, multos mortales (89), reſque alias varii generis cepit, inter alios captos quaedam erat mulier, nobilis magni cujuſdam viri uxor, corporis cultu, et forma inſignis, cui praegnanti, et mox pariturae quies, commoditasque in talibus caſibus neceſſariae cum deeſſent, ipſa prorſus animo linqui, et vita excedere videbatur. Cujus periculo

X.] Cap. V. Eſt autem in Arabia, *Plinius* Lib. VI. Cap. XXVIII. Videturque idem ac *Cynos* apud eundem.

(88) MEMOR INJURIAE. *Tyrius* [Lib. X.] Cap. X. *Incertus* Cap. XXXVIII. [pag. 581.] Tancredus *Balduino regi infenſus erat propter quaſdam antiquas ſeditiones.* Malim legere, *infenſus erat:* dubio procul melius.

(89) MULTOS MORTALES. *Tyrius* [Lib. X.] Cap. I. *Poſt hanc victoriam occidentis principes Crucem iterum ſumpſerunt, et in Bellum Sacrum profecti.* Guliel. Neubringenſis Lib. I. Hiſtor. Anglic. Cap.

aulo rex audito, mox tentorium tendi, juſſit, atque in terram ſterni veſtes, ut ea commodius parere poſſet, eademqne libertate donata ſimul etiam ſuis comitibus, qui una ſecum remanſere, Hieroſolymas rediit. Ea regis humanitas non modo illi peperit laudem, ſed brevi etiam certam ſalutem. Deinde rex, ne per otium tereret tempus, quo nil carius eſt mortalibus recte illud exiſtimantibus, Arſur caſtellum, cujus jam ſupra meminimus, armis cepit, deinde Caeſaream, in qua expugnanda etiam Genuenſes (90), qui claſſem habebant, illi opem attulere: repertum ibi coloris viridis vaſculum dono eiſdem datum eſt, quod ipſi ex lapide ſmaragdo confectum opinabantur. Eodem tempore rex profectus contra Aegyptios, quorum exercitus Judaeam populabatur, eos tandem, ſignis collatis, ſuperavit, caſtris quoque illorum potitus. Non multo poſt rex Aegyptius novas copias cum miſiſſet, quae inter Ligdam, et Ramam conſtiterant, Balduinus contra illas perrexit cum exiguis admodum copiis, quia hoſtem contemnens totiens victum, ſuos milites omnes cogere noluerat: ergo, pugna temere inita, ſuperatur (91). cer-

Cap. XVIII. *Tyrius* Cap. XII.

(90) GENUENSES. *Caeſarea expugnata* plene *Tyrius* Cap. XIV. et de Cap. XVI.

(91) SUPERATUR. *Tyrius* Cap. XX.

(92)

nenſque, nuſquam ſibi eſſe refugium, praeterquam in Rama urbe, tenente omnia, hoſtium equitatu, in ea cum paucis ſe incluſit, ſitu, et armis parum munita, qui deſperans, eam ſe tueri poſſe, ſi barbari ad obſidendam illam venirent, maxime angebatur, et corpore, atque animo feſſus, poſtquam cuſtodes per muros diſpoſuit, cum multa jam nox eſſet, ſomno altiſſimo eſt oppreſſus, quo dormiente, Arabs ille, cujus uxoris in puerperio habitam curam ab ipſo rege commemoravi, ad urbem venit, cuſtodemque alloquens, petiit, regem excitari, ut ei gravia quaedam aperiret: quocum demum congreſſus ait, ſe Arabem illum eſſe, cujus uxorem rex non modo a ſervitute, ſed etiam a morte liberaſſet, ac memorem tanti meriti, ideo tunc ipſum veniſſe, ut ei rebus ipſis gratiam aliquam referret. Se igitur ſuadere, ne adventum lucis intra urbem exſpectet, nam exploratum ſibi eſſe cum Aegyptiis militanti, eos venturos die ſequenti, atque urbem oppugnaturos, nec poſſe obſiſti, quin debilem civitatem, neque armis, aut viris inſtructam capiant. Proinde ſe regem hortari, ut cum paucis una ſecum eadem hora proficiſcatur, fidei ſuae ſe permittat, ipſum enim regionis peritum eum loca in tuta perducturum. Rex, etſi periculoſum cenſebat, credere ſe hominis fidei prorſus ignoti, atque hoſtis, quia tamen intelligebat, ibi manenti certam

tam perniciem imminere, una cum illo eſt profectus, qui ei comes, duxque itineris uſque ad locum tutum fuit, eximia gratia animi opera functus, non modo ipſi ſalubri regi, ſed exiſtentibus in Judaea Chriſtianis, qui, vel, rege amiſſo, periſſent omnes, vel ingens diſcrimen ſubiiſſent. Poſt haec Balduinus Ptolemaidam urbem cepit (92), deinde contra Aegyptios tendens, rurſus Judaeam populantes maximo praelio eos fudit, fugavitque, multis ex eis interfectis, multis etiam captis, quorum plurimi, ut redimerent libertatem, ingens auri pondus perſolverunt. Eodem tempore hoſtium claſſis, quae Joppae portum tenebat, cum in Aegyptum, audita clade, reverteretur, vi tempeſtatis disjecta paene omnis naufragio periit. Quaedam triremes in Joppae portum reductae captae a noſtris, atque incenſae fuerunt. His temporibus cometes in coelo viſa eſt, crines igneos, magnoſque habens, nec non ab hora prima, uſque ad tertiam duo ſoles, et iris in medio cernebantur. Poſt haec Balduinus Tripolim, nobilem in Phoe-

(92) URBEM CEPIT. Auxilio Genuenſium, *Tyrius* [Lib. X] Cap. XXVIII. prius tamen eandem obſidens, non modo repulſus fuit, ſed et gravi vulnere ſauciatus. *Tyrius* Cap. XXVI. unde *Noſter* omnia.

(93)

Phoenicia urbem, armis perdomitam ſibi parere, demum coëgit: deinde cepit Barutim civitatem in ipſo maris litore poſitam, nec multo poſt aliam quoque Sajetem dictam. Eodem anno Boamundum Antiochiae principem, et Tancredum mortuos tradunt, maximumque terraemotum fuiſſe, cujus vi multa oppida per Syriam totam corruerunt.

Principio inſequentis anni rex, cum exercitu in Aegyptum profectus, magnas barbaris intulit clades, urbem etiam expugnavit, prope Nilum poſitam amnem, Farmiam ab indigenis dictam. Deinde gravi morbo correptus in ipſo itinere intra paucos dies periit (93), vir in bellicis rebus praeſtans, et per annos decem, et octo, quibus Judaeae imperium habuit, praeterquam ſemel, ſemper invictus.

Huic ſucceſſit patruelis frater (94), etiam Bal-

(93) PERIIT. In itinere Aegyptio anno Domini MCXVIII. regni ſui anno XVIII. *Tyrius* Lib. XI. Cap. ult. *Jacobus Vitriacus* Cap. XCIII. Antiquit. Pariſienſ. collector *Jacobus Breullius* Lib. II. pag. 541.

(94) PATRUELIS FRATER. Hic eſt *Baldouinus de Burgo*, cognomento *Aculeus*, filius Hugonis comitis de Reteſt. *Tyrius* Lib. XII. Cap. I. *Vitriacus* loco laud. *Forma conſpicuus, corpore procerus, facie venuſtâ, capillo raro, flavo, canis mixto.... habilis ad uſus armorum, et equis regendis aptiſſimus*, ait *Tyrius* Cap.

Balduinus dictus nomine, qui Perſas Antiochiam obſidentes duobus magnis proeliis fudit, victoſque e Syria expulit. Poſtquam vero Hieroſolymas rediit, triſtis ei attulit nuntius, captum eſſe Ragis principem, et eam urbem obſeſſam in periculo magno eſſe, neque diu obſidionem laturam. Itaque rex ad opem ferendam urbi cum perrexiſſet, dum minus caute iter facit, in inſidiis circumventus, ab hoſtibus capitur, qui longo tempore nexum ipſum retinuerunt. Ea res ubique vulgata cauſa fuit, ut rex Aegyptius in Judaeam arma converteret. Is enim ratus, facile noſtros opprimi poſſe paucos, et eximio rege carentes, magnas copias in Judaeam tranſmiſit, quas ferro et igne cuncta vaſtantes Chriſtianus exercitus magna cum gloria ſuperavit. Neque contentus ea victoria Tyrum (95) obſedit, nobilem civitatem, eamque poſt longam obſidionem, varioſque certaminum caſus ditioni regis adjecit. Poſtremo idem rex liberatus magnas fudit (96) hoſtium copias, quae rurſus Antiochiam urbem obſederant. Demum regis Aegypti exercitum, Aſcalonam uſque profectum,

 dein-

Cap. IV. *Albertus* Lib XII. Cap. XXX.

(95) TYRUM OBSEDIT. *Tyrius* Lib. XI. Cap. XVII. et XXX.

(96) FUDIT. Secundo anno regni ſui. *Vitriacus* ibidem, et toto Libro XII.

deinde adverſus Damaſcenos contendens, numero longe ſuperiores prope urbem Damaſcum, ſignis collatis, dimicavit, diuque anceps fuit pugna, tandem vero terga vertere hoſtes coacti magna ex parte caeſi fuerunt. Poſt eas res egregie geſtas rex, in adverſam incidens valitudinem, ex magno labore ac intemperie coeli contractam, non longa mora interjecta, diem obiit (97), genero cura regni relicta, quia prolem virilem nullam habebat; periit autem decimo tertio regni ſui anno.

Folcus (98) vero ejus gener, qui Andegaviae princeps erat, nobili, et honeſto loco natus, per octo annos (99) provinciae praefuit,

XII. *Tyrius* lib. XIII. Capitibus totis XV. plene res eius exſequitur.

(97) DIEM OBIIT. *Tyrius* Lib. XIII. Cap. XXVIII. die 21. Auguſti anno ſalutis MCXXXI. regni ſui 13. *Vitriacus* ibidem. *Tyrius* tamen Lib. XIV. Cap. II. die 22. obiiſſe vult.

(98) FOLCVS, Sive *Fulcus*. Tyrius Lib. XIV. res ejus exſequitur, ita tamen, ut res *eccleſiae* potius, quam *regni* narrat, ut et Lib. XV. *Coronatus* fuit rex a Willielmo patriarcha die 14. Septembris, quae Exaltationi S. Crucis ſacra eſt. *Comes memoratur Turonenſium, Cenomanenſium, et Andegavenſium*, ut Lib. XIV. Cap. I. II. *Tyrius* expreſſit, ubi de labili ejus memoria.

(99) PER OCTO ANNOS. Augetur ab aliis numerus. *Tyrius* Lib. XV. Cap.

fuit, mediocris homo ingenii, atque ita obliviofus, ut eos quibuscum frequenter erat verſatus, qui eſſent illi, aut unde veniſſent, ſaepe interrogaret. Is, cum venatum (100) eſſet profectus, caſu quodam ex equo prolapſus, confeſtim exanimatus eſt, nulla re memorabili contra barbaros geſta.

Eee 2 Huic

Cap. ult. *Eidibus videlicet Novembris anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſecundo, regni vero ſui anno undecimo deficiens in ſenectute bona ultimum diem clauſit.* Et de regni ſui annis concors Tyrius, loco laudato. *Vitriacus* [Cap. XCIII.]

(100) VENATUM. Venatio haec letalis in territorio Acconenſi *Vitriacus* ibidem loci. Multos vero alios *reges inter venandum periiſſe*, exemplis XXI. regum obſervavi, et in Epitome regum Scotorum ad *Ferguhardum* publicabo. Caeterum anno XV. Fulcum exceſſiſſe, regni ſui, ſalutis vero milleſimo centeſimo quadrageſimo quarto, prodit *Auctuarii Gemblacenſis ſcriptor* ab Auberto Miraeo publicatus.

Et de hoc *Fulco* rege elegans exſtat ejuſdem Jacobi Bidermanni *Epitaphium* Lib. III. Epigr. XCII.

Tertius Eoi Fulco diadematis haeres;
Et mea ſi numerem proelia, primus eram.
Arma rotare viros docui, docui agmina magnos

Pri

Huic ſucceſſit filius (100) Balduinus, qui adhuc impubes matris conſilio regebatur, egregiae mulieris, cui dum eſt obſecutus, nil protinus egit optimo, ac ſapiente rege indignum. Hujus ductu, auſpiciiſque civitas Aſcalon, pluresque aliae captae ſunt. Poſtea vero Horredino (101) congreſſus magno tum in Syria principi, reique bellicae peritiſſimo ſuos paene omnes amiſit. Sed, reparato demum exercitu, parem hoſti reddidit cladem, atque illum intra urbis Alapae moenia metu ſe abdere coëgit.

E

Pro Cruce ſervanda conciliare duces.
Ac, niſi regna forent patrio mihi robore parta,
Regna forent eadem robore parta meo.
Sed dum laetus equo, curſque ſolutus oberro,
Ipſe meo victor, denique vincor, equo.
Veſtra quid, o reges, fore funera lenta putatis,
Ut properaret, equo mors mea lecta fuit.

(101) SUCCESSIT FILIUS. Annorum ſcilicet XIII. ſub matris Meliſendis tutela inauguratus. Fulci filiorum natu major, fuitque *Balduinus* III. Tyrius res ejus geſtas toto Lib. XVI. exſequitur, ut et Lib. XVII. et XVIII. e quibus appareat, optimis principibus adſcribendum eum eſſe, rerum geſtarum gloria.

(101) HORREDINO. Is eſt *Noradinus filius*, et *ſucceſſor Sanguini*. Tyrius Lib. XVI. Cap. VII. *Vitriacus* eodem loco. *Guilielmus Neubrigenſis* · Lib. II. Cap. XXIII.

(102)

Eo Judaeam obtinente, imperator Corradus (102) ex Germanis movens, ac Aloyſius rex Gallorum cum maximis exercitibus Byzantium pervenere, a domo ea mente profecti, ut peterent Hieroſolymas, et bellum aliquandiu contra barbaros gererent. Graecus autem imperator eorum adventu haud laetus, licet ſplendide eos exceperit, magniſque donarit muneribus, cum quia oderat gentem Germanam ſibi imperium auferentem, tum etiam quia principes adeo claros, tot armatos habentes formidabat. Itaque nihil aliud agitabat animo, quam quomodo eis occulte noceret. Igitur nuntios miſit barbaris, quorum per agros ii exercitus tranſituri erant, ut illis loco idoneo inſidiarentur, ſe vero daturum operam, ut ejuſmodi copiae per montes, locaque aſpera conducantur. Itineris duces, quos Germanis, et Gallis dederat, clam admonuit, quid fieri ab eis vellet. Ideo imperator, qui Galliae regem aliud iter facientem reliquerat, prope Iconium, Lycaoniae urbem, in inſidias praecipitatus, vix cum paucis aufugit, reliqui capti, aut caeſi fuerunt. Ipſe Byzantium re-

(102) CORRADUS. EUGENIO III papa mandante, agente S. Bernardo, Germanorum imperator *Conradus*, et rex Francorum *Ludovicus* Crucem ſumpſerunt, *Tyrius* Cap. XVIII libri laudati. Hoc ac-

reverſus, adjuvante Graeco principe, navibus in Judaeam vectus eſt. Aloyſius vero, qui per loca ibat maritima, poſtquam minorem attigit Aſiam, ab hoſtibus circumventus, magna amiſſa exercitus parte, vix in tutum demum evaſit, exceptuſque a principe Antiochiae inde in Judaeam pervenit. Ibi omnibus conſultantibus, quonam modo inciperent bellum, placuit tandem Damaſcum urbem obſidere, ratus, magnas Chriſtianis addi vires, ſi eam armis domitam caperent. Itaque ad illam obſidendam profecti, cum ita urgerent oppidanos, ut ultra ferre vim eorum jam non poſſent, fraude quorundam cum rege Judaeae militantium, quos pecunia hoſtes corruperant, expugnandae urbis ſpes eſt amiſſa, quorum ſcelus Galliae rex animadvertens, maxime indignatus, obſidionem diſſolvit, reverſuſque in Judaeam poſt aliquot menſes inde abiit, claſſe una cum ſuis vectus. Sequenti anno rex Balduinus, poſt res multas egregie geſtas, ac vige-

accidiſſe ſcribit *Rogerus de Hoveden* pag. 280. Anno MCXLVIII. et imperator quidem Conſtantinopoli ſolvens, a Soldano Iconienſe allecto, per Alexium imperatorem, inſidias patitur, *Tyrius* Cap. XIX. hyeme tamen exacta, in Syriam pervenit, *Tyrius* Cap. XXVIII. Rex Francorum Epheſum primum pervenit, *Tyrius* Cap. XXIV. Tum Hieroſolymis a patriarcha obviam miſſo recipitur. *Idem* Cap. XXIX.

(103)

geſimum regni annum (103), vita exceſſit, veneno, ut creditur, ſublatus. Cujus mortem non modo ſui, ſed multi barbari ſupra modum luxerunt, uſque adeo gratiam omnium erat promeritus. Ferunt quoque, cum Horredino regis hoſti quidam dixiſſent, ſibi adeſſe facultatem, gravi malo noſtros afficiendi rege carentes, eum ſe id facturum negaſſe, miſertum illorum, qui praeſtantiſſimi obitum regis jure, ac merito lugerent.

Poſt hunc ſine liberis mortuum frater Amau-

(103) VIGESIMUM REGNI ANNUM. Imo *vigeſimum quartum*, ut habet *Vitriacus* loco laudato. Sed pro Noſtro ſtat *Tyrius* Lib. XVIII. Cap. XXIV. Pharmaco Antiochiae ebibito delatus Tripolim, inde Berythum, *anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, regni ſui anno vigeſimo, quarto Idus Februarii, aetatis triceſimo tertio* exceſſit. Et verior ea opinio.

Et de hoc *Balduino* rege perelegans extat Jacobi Bidermanni *Epitaphium* ad Germanos Lib. III. Epigr. XCIV.

Lunatae peterent cum moenia ſacra phalanges,
Purpureae oppoſui robur inerme trabis.
Mox omnes trepidare, pedemque referre cohortes,
Et fugere abjectam barbara luna Crucem.

Cur

maurius (104) regnum ſuſcepit, quo in Judaea quieſcente, unus ex ducibus Horredini, tum Damaſco etiam dominantis, nomine Siracon, magnas copias in Aegyptum tranſduxit, ut ipſam provinciam occuparet. Cujus adventu rex conterritus, putanſque, illi ſe imparem eſſe, ad opus Chriſtianorum confugit, Amaurio rege magna ſpe praemiorum illecto, ut arma illi ſocia jungeret: qui in Aegyptum ubi pervenit, poſt varios belli caſus, non modo acie fudit hoſtem, ſed ex Aegypto abire, coëgit, quem egregie de Aegyptiis meritum illi de-

Cur nunquam veſtris fugit a legionibus illa,
Pannonios hodie cum populatur agros?
Haereſis offundit tales, Balduine, tenebras,
Ut nulla videat Thracia luna Crucem.

(104) FRATER AMAURIUS. Quia *avunculus*, *ſine liberis* ipſe deceſſerat, fratri ſucceſſio incubuit *Amalarico*, ex defuncti diſpoſitione: fuit autem Amalricus, vivo fratre ſuo rege, *comes Joppenſis, et Aſcalonitanus.* Tyrius Lib. XIX. Cap. I. Fuit lingua *balbutie* praepedita, ſed *Juris Civilis callentiſſimus*, et *morum probitate ſingulari*, ibidem Cap. II. *Expeditiones* ejus glorioſas toto illo libro, et ſequenti *Tyrius* exſequitur. *Gulielmus Neubrigenſis* Lib. II. Cap. XXIII. et Lib. III. Cap. X. Illud certe in rerum ab eo geſtarum relatione digniſſimum, quod die 24. Nov. Anno MCLXXII. *e quin-*

demum cum eluſiſſent, nec meriti, neque fidei memores, utque in ipſum hoſtilia molirentur, rex indignatus arma in eos demum vertit. Qui viribus impares, neceſſitate coacti, quandoquidem neminem alium adjutorem habebant, Siraconem arceſſierunt. Is, repulſo rege Amaurio, dux militiae regis Aegypti factus eſt, cui ex fratre nepos erat, Saladinus nomine (105), magno animo, atque ingenio praeditus, jam tum ſigna oſtendens, qualis, quantuſque eſſet futurus. Is, patruo demum vita functo, in ejus opes, imperiumque ſuccedens, brevi omnem exercicitum ſibi conciliavit, majoraque animo volvens, dolo ſtatuit regem occidere, ut ſolus Aegyptum obtineret. Itaque regem adiens, velut eum ſalutaturus, et pro imperio militari acturus gratias, more tradito a majoribus, venerabundus humi procubuit, paulatimque ſe attollens, cum de induſtria voce ſubmiſſa loqueretur, atque ille, ut audiret, ſe incurvaſſet, gla-

e quingentis Turcarum millibus centum millia perierunt, reliquis foede fugientibus, *Rogerus Hovedenus* Part. II. Annal. pag. 323. *Regnavit autem annis XII.* ut habet Vitriacus. *Tyrius* Lib. XX. Cap. XXXIII. Anno ſalutis MCLXXIII. regni anno XII. menſibus V. *aetatis* XXXVIII.

(105) SALADINUS NOMINE. *Nepos Saraconis*, qui Noradini militiae princeps, *Naubrigenſis* Lib. III. Cap. X. *Salabadinus* dicitur *Tyrio* ſemper.

(106)

gladio, quem occulte ſecum tulerat, regem peremit, moxque reverſus ad milites, quos in urbe jam acciverat, quaſi feſtum diem acturus, rex ab illis eſt appellatus, nullique Aegyptii populi ſuum imperium abnuerunt, ejus clementiam, liberalitatem, et animi magnitudinem jam experti, nec ab eo aliquid eſt omiſſum, quod ad eorum promerendum amorem pertineret.

Cum hoc novo Aegypti rege Amaurii filius Balduinus (106), qui in imperio patri ſucceſſerat, varia cum fortuna bellum geſſit. Semel enim illius fratrem, bis eundem, ſignis collatis, ſuperavit. Semel tantum caſum pugnae adverſum expertus.

Quo defuncto, atque ejus unico filio (107), qui paucos annos poſt eum regnaverat, Guido qui-

(106) BALDUINUS. Eo nomine *quartus* Amalrici filius, impubes *tredecim* tantum annorum, Idibus Julii *coronatus* eſt, *Tyrius* Lib. XXI. Cap. II. ſub quo Willielmus Tyrius archiepiſcopatum eſt adeptus. *Ipſe* Cap. IX. *Rex lepra percuſſus, ſtrenue tamen rem geſſit cum Salahadino.* Neubrigenſis loco proxime laudato, et Cap. XII. et *Vitriacus* (Cap. XCIII. pag. 1117.). In iſtius actis finit Hiſtoria *Tyrii*: proſequitur vero *Neubrigenſis*, *Vitriacus*, et *Sanutus*.

(107) EJUS UNICO FILIO. Is eſt *Balduinus* V. Sanut. Lib. III. Part. VI. Cap. XXIV. *Obiit* Anno MCLXXXVI. *novennis* tantum.

(108)

quidam (108), Gallus genere, qui Balduini ſororem matrimonio ſibi conjunxerat, Judaeae regnum ſuſcepit, qui nec belli, neque pacis artibus praeſtans, ab ipſo initio ſatis oſtendit, ſe imparem rebus gerendis fore. Is uxori protinus obſequens, religioſiſque illis, quos templarios vocitabant, multa temere ſtatuebat, iisdemque inſtigantibus, qui claris viris erant infenſi, cum Tripolis principe, nonnulliſque aliis inimicitias exercebat, quae res cauſa fuit malorum omnium. Nam Tripolis princeps opi-

(108) GUIDO QUIDAM. Cognomento *de Leſinio*. Comes Pictavienſis, ducta Balduini leproſi filia in uxorem *Sybilla*, qua agente in regem inauguratus, ſummo odio fuit optimatibus. *Neubrigenſis* Lib. III. Cap. XVI. *Hic neglıgenter re adminiſtrata, a Salahadino, cum S. cruce, captus, regnum amiſit.* Vitriacus, Neubrigenſis Cap. XVII. Sed a Sibylla uxore redemptus, Tyrum fruſtra obſedit ſub annum MCLXXXIX. ut latius exſequitur *Rogerus de Hoveden*. Annal. Part. II. pag. 376. Sed *annus* ille non verus, uti nec *cognomentum:* vocat enim eum *de Lezinant*, et perditi regni annus fuit MCLXXXVII. *Vitriacus* Cap. XCIV. Multa huic hiſtoriae illuſtrandae idonea haurire licet ex literis ALEXANDRI II. 17. Kal. Februarii datis, de ſubventione Terrae Sanctae facienda apud *Hovedenum* pag. 399. et ex literis LUCII II. ſub annum MCLXXXV. in *eodem* pag. 358. et aliunde ex *Bullario*.

bus praevalens, militariſque artis peritiſſimus, quo ſe defenderet contra regem, ſi graviora forſan tentaret, occulte foedus cum Saladino inierat, et, licet regi tandem conciliatus, ſe illi amicum ſimularet, tamen, animadvertens, plus apud eum adverſarios ſuos, quam ſe poſſe, quaerebat occaſionem gravi malo regem afficiendi. Cum igitur Saladinus arma in regem convertiſſet, et cum magno exercitu ipſam Judaeam popularetur, rex, accito Tripolis principe cum ſuis copiis, contra hoſtes perrexit,

Et de hoc *Guidone ultimo rege* Hieruſalem elegans Jacobus Bidermannus condidit *Epitaphium*, ut in Lib. III. Epigr. XCVII.

Ille ego Guido fui, Solymi pars ultima regni,
Heu! magna imperii Guido ruina mei.
Hic, ubi Teſſeios cinxit diadema nepotes,
Sceptrigerosque diu nutriit aula duces.
Hic, ubi presserunt innoxia tempora dumi,
Divinaſque nocens riſit arundo manus,
Hic itidem, et gemma cinxi caput intus, et auro,
Hic regale mihi dextera geſſit ebur.
Victus in Abdario jam denique morte triumphor,
Et ſenſit caſum crux quoque capta meum.
Parcite Balduini, Godefredi parcite manes,
Haec mihi res veſtro more canenda fuit.
Atque Europae, reges ne parcite, vobis
De culpis reſtat poena petenda meis.

(109)

xit, numero, et induſtria illis impar, et, loco iniquo poſitis caſtris, cum aquae inopia, et multis incommodis premeretur, ſtatuit experiri fortunam, et ſignis collatis dimicare. Igitur Tripolis princeps, qui mediam aciem tuendam ſuſceperat, circum ſe habens eos milites, quos in caſtra duxerat regis, primus in hoſtes properavit, qui, acie patefacta, illum tranſire paſſi ſunt, cum ſuiſque ad Tripolim regredi, reliqui autem, qui cum rege remanſerant, nullo negotio ſuperati ſunt, et magna ex parte caeſi, vel capti. Rex ipſe, multique alii ſecum (109) principes in poteſtatem victorum venerunt. Haec victoria ita fregit omnium animos, qui Chriſtianis faverant rebus, ut, iis exceptis, qui Hieroſolymam urbem tenebant, cuncti pene ad Saladinum defecerint, qui clementer uſus victoria, et erga omnes optimum ſe oſtendens principem, animos populorum ſibi conciliavit. Deinde ad Hieroſolymas oppugnandas verſus, quia urbem tenentes pacis leges repudiabant, quas obtulerat ſatis aequas, ad eam obſidendam profectus eſt. Tandemque poſt longam obſidionem ipſam vi cepit civitatem (110), quam ut eriperent barbaris Chriſtiani,

(109) MULTIQUE ALII SECUM. In his *Magiſter Templi* ut apud laudatos liquet.

(110) CEPIT CIVITATEM. Fatale fuit urbi

ſtiani, ſummos labores, plurimas clades, magna pericula ſubierant. Id permiſiſſe Deum, putant, qui hanc hiſtoriam conſcripſere, ob ſcelera Chriſtianorum, qui in Judaea morabantur, quos avaritiae, ac luxui deditos, ſimileſque immanibus barbaris, tradunt, fuiſſe, divina-rum-

bi ſanctae URBANI nomen, ait *Vincentius Bellovacenſis* Lib. XXX. SpeculiHiſtorialis Cap. XLIV. et ideo liberata ſancta civitas URBANO II papa, *Eraclio* patriarcha, *Friderico* imperatore, *Tyrio* auctoreLib.VIII.Cap.ult. Ita URBANO III papa, *Eraclio* itidem patriarcha, et *Friderico* imperatore, fidelibus erepta eſt annis elapſis LXXXVII. ex quo Chriſtianis principibus paruit, *Rogerus Hoveden.* pag. 303. *Chriſtophorus Browerus* in Tranſlat. S. Bernardi pag. 102. Extat *Epiſtola Terrici* hoſpitalium magiſtri, cladem eam ad regem Angliae deſcribens, apud *Hovedenum* pag. 368. Addo *Iſacium* Byzantiis imperaſſe, cum ſacri belli decreta crux fuit, *Iſacio*que itidem regnante, terram ſanctam amiſſam. *Author Incertus* in Hiſtoria Hieroſolymitana Tom. II. Geſtorum Dei per Francos, qui idem tamen in annis variat: nam pag. 1154. *annos XCVI. urbem a Chriſtianis poſſeſſam* ſcribit; cum alii *decennium minus* ponant, et in his *Cardinalis Vitriacus.* Denique Anglorum rex erat HENRICUS I liberata civitate ſancta. HENRICUS II eidem genti imperabat, Saladino ſceleſto S. crucem prophanante. Captus Guido rex, attritis gravi proelio Chriſtianis, die 7. Auguſti, et *urbs ſancta ad deditionem compulſa die* 29. *Sep-*

rumque rerum prorſus oblitos, quorum improbi, et deterrimi mores, fruſtra petito Dei praeſidio, totam provinciam privaverunt.

Septembris, ipſa archangelis Michaëlis ſolemnitate.

Haec in gentilis veſtri Hiſtoriam, LEONARDE ET PETRE ACCOLTI amicorum ſuaviſſimi, et erudititiſſimi, lubens elaborabam, meliora daturus, ſi, quos Piſis libros reliqui, hic nanciſci potuiſſem. Utcunque ſane, ſi vobis induſtria mea placuit, abunde mihi erit, et famae ſatis. Et calamum hic reprimo, verius a *bello peregrino* ad res SCOTORUM quietiores, eccleſiaeque noſtratis honorem, retraho.

DEI GLORIAE, S. R. ECCLESIAE BONO, SANCTORUM ADOREAE, PATRIAE FAMAE

laetus aeternum labores meos conſecraturus, ſtudio perituro, voto, utinam immortali!

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN-

INDEX UBERRIMUS

eorum, quae in

HISTORIA,

et in

NOTIS

ad eam continentur,
